
ΠΑΡΕΚΒΟΛΑΙ
SIVE
EXCERPTA
IN
SEX PRIORES
HOMERI
ILIADOS Libros.

Studio MATTHÆI DAY.



Dale

LONDINI,
Excudebat *G. D.* Sumptibus *Gulielmi Sheares*, Et apud eum prostant sub Signo *Biblii*, in Cœmeterio S. *Pauli*.
M. DC. LII.

15

Reverendo Viro D^no. Abrahamo Calfo *apud Leuſumenſes in agro* Cantiano *Verbi Divini Miniſtro*. M.D. S.P.D.



QUum ſit moris, ut qui aliquid in publicum proferat, aliquem ſibi Patronum impetret; Quem ego potius quam te (Reverende *Calfe*) ad hujus opuſculi Patrocinium advocem? Certe te non digni, at iis, quorum tibi maximæ eſt curæ, pueris juvenibuſque Anglicanis, aliquid, uti ſpero, utilitatis prolaturi. Illis enim te ſolum in hoc, quaſi occidentis literaturæ veſpere, facem prætuliſſe vidi, humeriſque, quamvis annoſis, non tamen imbellibus, *Herculis* ad inſtar, *Atlantis* vice cœlum ſuffulcire.

Quid eſt enim quod hominem ad Dei ſimilitudinem factum adeo deprimit, quid quod ad belluarum naturam propius accedere

facit quam ignorantia, inſcitiaque rerum vel divinarum vel humanarum? Neque vero quicquam tam adverſum, tam peſtiferum Chriſtianæ Reipublicæ credebatur, quam quod *Julianus* ille, monſtrum humani generis, Chriſtianorum odium, ſtatuit, cum Chriſtianis & eruditione & ſcholis interdixerit; Qua quidem in re diffidentiam ſuæ cauſæ prodidit, tam generoſos adverſarios metuens, quales futuri erant Chriſtiani, literis inſtructi ſi in arenam deſcendiſſent. Οὐ γὰρ θαρροῦντος ἦν, οὔτε τοῖς ὑπὲρ τῆς θρησκείας δικαίοις, οὔτε τοῖς λόγοις αὐτοῖς, τὸ τοὺς ἡμετέρους ἐπισχεῖν λόγους, ὥσπερ ἂν εἴ τις κράτιστον ἑαυτὸν νομίζοι τῶν ἀθλητῶν, καὶ ἀξιοῖ κατὰ πάντων κηρύττεσθαι μηδένα τῶν γενναίων ἀγωνίζεσθαι, μηδὲ καταβαίνειν εἰς τὸ στάδιον ἐπιτάξας, ἤ τι τῶν μελῶν ἐκκεκόψας, ὅπερ ἀνανδρίας μᾶλλον ἢ ῥώμης τεκμήριον. Ut contra Apoſtatam præclare *Gregor. Naz.*

Tu vero remedium huic morbo quam certiſſimum adhibuiſti, qui propriis ſumptibus ludum literarium erexiſti, tuis ipſius reditibus pueros in eo erudiendos curaviſti, juvenibus ab eo in Academias mittendis ſatis amplam pecuniam quotannis diſtribuendam exhibuiſti.

Quod quidem eo eſt laudabilius, quod hiſce temporibus hæc præſtiteris, quibus priſcæ pietatis monumenta ab interitu, non modo non vindi-


vindicamus, ſed imis revulſa fundamentis dejectaq; non ſine ſummo dolore conſpicamur.

Accedit, quod vivus valenſque hæc omnia feceris, & Chriſtum bonorum tuorum terreſtrium hæredem conſtitueris: Qui, pro ſua infinita clementia, quod in illius gloriam auſpicatus es feliciter ſecundet, tibique multos adhuc largiatur annos, ut propriis oculis florentem tuam ſcholam conſpicias, tandemque te cœleſtis ſuæ gloriæ admittat cohœredem. Sic precatur,

Reverende ſenex,

Tui obſervantiſſimus

Matth. Day.



Lectori Candido, S.



Iraberis forsan (Candide Lector) *cur ego post tot tantosque viros aliquid in* Homerum *ausim proferre* , *ac si vellem post* Homerum Ἰλιάδα *scribere. Et si aliquid, cur non plura. Utriusque est expedienda ratio. Quod aliquid protulerim, in causa est, quod, in multis, quæ apud* Homerum *repererim*, *mihi non est adeo satisfactum a quovis Commentatore.* (*Utinam tibi satisfecerim in his quæ scripsi.*)

Quod non plura, quia nondum innotescit, hæc tuis aut auribus aut oculis digna sint, necne, quæ jam palam facio. Quæ si tibi arridere intellexero, animum addideris ut eodem, quo incepi, studio pergam; sin minus,

minus, hæc ſatis ſunt, ſuperque. Quin & hoc ſit vel pueris, vel juvenibus ſolatio: Si diligenter legerint ſex priores Iliados Libros, *vix eſt ut in reliquis hallucinentur, ut recte dixerim, qui hoſce recte norit, reliquos noverit. Adeo ſimplex eſt poeta noſter ſuis munditiis, ut non ambitioſa verborum varietate lectoris animum diſtrahere, aut meretricia levitate, neotericorum ad morem ſui poematis gravitatem dehoneſtare velit.*

Quod reliquum eſt, hoc unum oro, ut ſi qua ſint errata typographica, ipſe pro tuo candore corrigas. Si quid legeris quod in tuum cedat commodum, fruere. Vale.

M. D.



ΙΛΙΑ'Δ.



ΤΗ͂Σ ὉΜΗ΄ΡΟΥ ἸΛΙΑ΄ΔΟΣ
ἡ α ῥαψῳδία.

Occasio opportuna, & operæ precium esse videtur ab hoc titulo auspicari, ut eum quasi explicando aliquid de Homero, & de Libris ejus non nihil edisseratur.

Vita Homeri.

EA fuit apud omnes eruditos Homericæ poeseos existimatio, ut quem vivum ignorantiæ mancipia pro vili capite contemptui habebant, eundem mortuum clarissimæ totius orbis civitates & regiones summa sibi contentione vendicarent: quarum dimicatio, quò gloriosius credebatur esse patriam Homeri, eo gliscebat magìs, eoque densiore caligine ortum admirabilis poetæ obscurabat. Chij suum aiebant esse, Smyrnæi suum; & quare vendicarent rationes afferebant: Illi Homeridas, quos ab Homero propagatos poemata ejus excepisse aiebant, & passim cecinisse: Hi nummos apud se Homeri imagine signatos, tum etiam porticum quadratam, in qua delubrum erat Homero dicatum, & statua ejusdem collocata, ut scribit Strabo, *Lib.* 14. Fuerumt etiam qui Cumœum, qui Colophonium, qui Salaminium, qui Argivum, qui Atheniensem, qui Italum fuisse contenderunt, Juxta vetus distichum.

Ἑπτὰ πόλεις διερίζουσιν περὶ ῥίζαν Ὁμήρου,
Σμύρνα, Ῥόδος, Κολοφών, Σαλαμίν, Ἴος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

In hac pugnantium opinionum varietate difficile quidem est, & pœne ἀδύνατον ab extremo vetustatis recessu veritatem evocare: At quantum conjectura assequi licet hæc vero est simillima ratio tum patriæ tum ætatis Homeri: Ut Smyrnæum fuisse dicamus, obscurorum parentum furtiva venere natum, anno post Trojam captam centesimo sexagesimo octavo, qui fuit ante Christum natum millesimus decimus sextus. Regni Salomonis apud Israelitas vigesimus Salianus in hoc convenientes adducit Dionysium Halicarnasseum, Herodotum, Solinum, Cornelium Nepotem &c. Dionysius inter excisum Ilium & Romam conditam annos numerat quadringentos triginta duos. Solinus ait Homerum è vivis excessisse anno ante Romam conditam centesimo sexagesimo; post Ilium captum ducentesimo septuagesimo secundo. Annumera istos 160 annos Solini ejusdem 272, invenies numerum esse 432, in quo cum Dionysio prorsus convenit. Herodotus natalem Homeri annum vult esse centesimum sexagesimum octavum ab exciso Ilio. Confer Homeri natalem secundum Herodotum cum ejusdem fatali die juxta Solinum; invenies eum vixisse annos centum & quatuor. Cornelii Nepotis sententiam refert Gellius, *Lib.* 17. *Cap.* 21. Verba Gellii hæc sunt. De Homero & Hesiodo inter omnes fere scriptores consistit ætatem eos egisse vel iisdem fere temporibus, vel Homerum aliquanto antiquiorem, utrumque vero ante Romam conditam vixisse, Sylviis Albæ regnantibus, annis post bellum Trojanum (ut Cassius in primo annalium de Homero & Hesiodo scriptum reliquit) plus centum & sexaginta, (scio in nonnullis exemplaribus legi XL. sed plerumque cum asterisco, & in margine LX. dixit autem plus ob octo istos annos quos Herodotus supra centum & sexaginta numerat) ut Cornelius Nepos in primo Chronicorum de Homero dixit, annis circiter centum & sexaginta. Salianus excidisse hic aliquod verbum putat, quo significaretur Homerus mortuus, hoc modo, Mortuus

tuus eſt autem ante Romam conditam annis circiter centum & ſexaginta. Cujus conjecturam ſi recipiamus, optime illis omnibus inter ſe convenit de ætate Homeri.

Itaque natus Homerus primo Meleſigenes denominatus eſt a Melete fluvio qui prope Smyrnam labitur, quia juxta hunc enixa mater eum peperit. multis verò poſt annis oculis captus Ὅμηρος eſt appellatus per metatheſin quaſi Μήορος inquiunt Euſtath. & Etymol. aut a Cumanis primò Ὅμηρον dictum fuiſſe exiſtmandum potiùs, quibus cœci dicebantur Ὅμηροι, teſte Herodoto. De patris nomine quam de matris magis arduum eſt decernere, quanquam Mœonem fuiſſe conſentiant Ephorus & Ariſtoteles, ut refert Plutarchus, de conditione hominis valde diſſentiant. Matri ejus Britheïda fuiſſe nomen convenit illis duobus cum Herodoto, qui etiam ſcribit uxorem duxiſſe cum apud Chios viveret, è qua duas ſuſcepit filias.

Erat ſcientiæ longè cupientiſſimus; quocirca multa itinera, eáque periculoſa confecit ignorantiæ ſubjugandæ causâ omnes noti orbis regiones & mores hominum novit (inquit Strabo.) Erat Geographiæ ſine controverſia princeps; omnimodæ Philoſophiæ peritiſſimus: centum quatuor annos cum extrema fortuna confligtabat: tandem morbo confectus, ut placet Herodoto, ut aliis, ænigmatis perplexitate vitam cùm morte commutavit in Io inſula, ubi etiam ſepultus eſt, & hi verſus temporis proceſſu ſepulchro ejus ab Ienſibus inſcripri.

Ἐνθάδε τὴν ἱερὴν κεφαλὴν κατὰ γαῖα καλύπτει
Ἀνδρῶν ἡρώων κοσμήτορα θεῖον Ὅμηρον.

 De



De Libris Homeri.



T taceam de illis qui temporum injuria perierunt; certè his, quibus hodie fruimur, Iliadi dico & Ulyſſeæ multa nomina, quæ jamdiu antiquata jacent, honoris gratia a veteribus tribuebantur: nullum tamen vel antiquius vel glorioſius putabatur quam illud, ῥαψῳδίαι. Nam quum utrumque horum perpetua quadam ſerie concontinuatum, nec ulla librorum ſectione diſterminatum exceperat ab Homero poſteritas, Illa exectis ex integro corpore ſpecioſis quibuſque membris delumbare cœpit, & ex illis cantica omni occaſioni, prout uſus venerat, coaptare. Nuptiis, funeri, victoriæ: Genii quoque voluptatiſque gratia in omni fere convivio cani ſolebãt. Aelian. Var. Hiſt. *Lib.* 13. *Cap.* 14. Ὅτι τὰ Ὁμήρου ἔπη πρότερον διῃρημένα ᾖδον οἱ παλαιοί. Ipſum ibidem vide ſis: nam multas partes nominat quæ tum ex Iliade tum Ulyſſea erant decerptæ. Ii qui excerptos hoſce verſus concinebant, ῥαψῳδοὶ vocabantur. Athen. *Lib.* 14. Οὐκ ἀπελίποντο δ᾽ ἡμῶν τῶν συμποσίων οὐδὲ ῥαψῳδοί. Et ipſa poemata ſic decantata ῥαψῳδίαι. Neque ſolum Homeri carmina ita paſſim canebantur, ſed & aliorum poetarum. Athen. Ibidem. Χαμαιλέων ἐν τῷ περὶ Στησιχόρου καὶ μελῳδηθῆναί φησιν οὐ μόνον τὰ Ὁμήρου, ἀλλὰ καὶ τὰ Ἡσιόδου, καὶ Ἀρχιλόχου, ἔτι καὶ Μιμνέρμου καὶ Φωκυλίδου. Verum enimvero quoniam Homeri carmina cæteris præferebantur, & frequentius recitabantur, hinc factum eſt ut per excellentiam quandam ipſius ſolius poemata ῥαψῳδίαι nominarentur, & ῥαψῳδοὶ etiam Ὁμηρισταί. Athen.

Lib.

Lib. 14. Ὅτι δ᾽ ἐκαλοῦντο οἱ ῥαψωδοὶ καὶ Ὁμηρεις αἱ &c. Et Ὁμηρίδαι secundum nonnullos, quanquam alii alias rationes afferant vocis Ὁμηρίδαι, ut ex parte supra dictum est. Vide Suidam in voce Ὁμηρίδαι. Derivatur autem ῥαψωδὸς secundum nonnullos ἀπὸ τοῦ ῥάπτειν τὰς ᾠδάς, quia hinc & inde versus colligebant, & odam quasi consuebant, quemadmodum qui centones conficiunt. Pind. Nem. Od. 2.

Ὅθεν περ καὶ Ὁμηρίδαι
Ῥαπτῶν ἐπέων τὰ πόλλ᾽ ἀοιδοὶ
Ἄρχονται.

Ῥάπτειν ᾠδὴν, est etiam absolutè odam scribere & componere. Ad quam significationem confirmandam citantur ab Eust. isti versus ex Hesiodo.

Ἐν Δήλῳ τότε πρῶτον ἐγὼ καὶ Ὅμηρος ἀοιδοὶ
Μέλπομεν ἐν νεαροῖς ὕμνοις ῥάψαντες ἀοιδήν.


Sunt qui ῥαψωδίας quasi ῥαβδῳδίας dici putant, & ῥαψωδοὺς quasi ῥαβδῳδοὺς, propterea quod qui versus erant recitaturi virgas tenebant, (unde & ῥαβδοῦχοι dicebantur) Si ex Iliade versus erant consuti, virgis seu scipionibus rubris prodibant, signis nimirum cædium & sanguinis: Si ex Ulyssea, croceis : quo colore exules designabantur. Quin & στιχῳδίας & στιχῳδοὺς dici memoriæ mandatum est, quod στίχοι a quibusdam ῥάβδοι dicebantur. Et ἀρνῳδοὺς & ἀρνῳδίας, quod qui hoc cantionis genere præcellebant agnum accipiebant præmium.

Atque hoc fortasse modo factum est, quum ea solùm homines magni facerent quæ cantus dulcedine deliniti imbibebant, cætera negligebant, ut corrumperentur Homeri opera partim transpositione carminum, partim suppositititiorum irreptione quæ nonnunquam inserere audebant rhapsodi temerarii. Quæ quum intellexerat Pisistratus

tus Athenarum tyrannus, Homeri ſtrennus admirator peritiſſimis ſuæ ætatis grammaticis curam delegavit Homerum emendandi, & ad nativum ſplendorem revocandi. In his primus erat Ariſtarchus, tum Zenodotus. Hi ſumma qua potuerant diligentia exequuti ſunt Piſiſtrati imperium, & utrumque opus, quia prolixa erant, in ſectiones viginti quatuor diſciderunt, quas non nominibus ordinalibus πρώτην, δευτέραν, τρίτην, &c. nominabant. Sed literarum nominibus, α, β, γ, δ, &c. unde & Homericæ literæ, Ὁμηρικὰ γράμματα, iſti libri veteribus dicebantur.

Iſte liber quem præ manibus habemus de iis tractat quæ ad Trojam geſta ſunt, ideóque dicitur, Ἰλιὰς, ſubaudito βίβλος inquit Euſt. ut dicitur Ἰλιὰς λόγχη, &c. In quo poeta non eum ordinem ſervat quo res geſtæ ſunt, ſed ab ultimo anno ſumit exordium, in quo cardo totius belli vertebatur; ita tamen, ut ſi quod geſtum præcedentibus annis memoratu dignum videbatur, miro artificio hinc atque hinc intertexat.

Ἡ Ὁμήρȣ



Ἡ ὉΜΗΡΟΥ ἸΛΙΑΔΟΣ, ῬΑΨΩΔΙΆ Α.

Verſ. 1.



M Ἦνιν· vertitur, iram. Significat non quamvis iram; ſed veterem, animo aliquandiu retentam. Heſych. Μῆνις, ἔχθρα. Recté. Nam quum in irâ duo ſint. ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, & ὄρεξις ἀντιλυπήσεως: ipſam ſubitam paſſionem, & excandeſcentiam denotat Homerus vocibus, θυμὸς (quaſi θυαιμὸς, ἀπὸ τοῦ θύειν τὸ αἷμα.) & χολὸς, a χολὴ (qui omnium humorum eſt εὐκινητότατος) Il. α. v. 192. Ἠὲ χόλον παύσειεν, ἐρητύσειέ τε θυμόν. At verò qui acerbitatẽ reprimit, & occultatum in ſe concludit vindictæ deſiderium, (quod πέσσειν & καταπέπτειν χόλον dicitur, Il. α. v. 81. Il. δ' v. 513. metaphora ducta a ventriculo, qui cibum in ſe concludit, & tenaciter retinet, dum concoquat. Sic dicitur γέρα πέσσειν avarus tenax. Il. β'. v. 237.) is μηνίειν, ſeu habere μῆνιν, & κολεῖν, ſeu habere

bere & retinere κότον dicitur verè & propriè. Utrumque enim idem significat, & illud ἀπὸ τῦ μένειν, hoc ἀπὸ τῦ κεῖσθαι, derivant grammatici. Hom Il. α v. 81.

Εἴπερ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτῆμαρ καταπέψῃ,
Ἀλλά γε καὶ μετόπισθεν ἔχει, κότον ὄφρα τελέσσῃ
Ἐν στήθεσσιν ἑοῖσι.

Fortasse Virgilius expressit vim τῦ μῆνις, & τῦ κότος, quum scripsit Memorem iram,& gravem iram. Æn 1.v.8.

— Memorem Junonis ob iram. & Æn.5.v.781.
Junonis gravis ira, & inexaturabile pectus,
Quam nec longa dies,pietas nec mitigat ulla.

Horatius etiā per μῆνιν irā intellexisse videtur cum dixit.
Iratus Graiis quantum nocuisset Achilles.Epist.2.lib.2.

In quem versum observat clarissimus Heinsius Romanorum pueros studia sua ab hoc Homeri libro auspicatos, unde de hominibus indoctis erat proverbium, ἐδὲ τὴν Ἀχιλλέως μῆνιν ἴσασι.

Hactenus de tritâ τῦ μῆνις & interpretatione & derivatione. Quid quod a doctissimo viro & integerrimo meo amico hoc didicerim, malle se a μὴν, *mensis*, derivare μῆνιν, ut interpretemur μῆνιν, amentiam lunaticam, eumque qui ea affectus est amentia, *lunaticum* appellemus. Procul-dubio, quem eo nomine vocamus,certis horis insano quodam furore fertur, quem ubi decoxerit, melancholico prorsus humore jacet stupidus.

Πηληϊάδεω. Vox est Ionica pro Πηλεΐδε genitivo τῦ Πηλεΐδης patronymici a Πηλεύς. Erit hic operæ precium pauca de patronymicis in δης verba facere, ut ea, ubicunque obvenerint, agnoscantur, nec eadem sæpius repetendo instituta brevitate excidamus. Patronymica fiunt a genitivis singularibus suorum primitivorum, & unica syllaba eos excedunt. Ut Πηλεὺς, Gen. Πηλέως,Πηλεΐδης; contractè, Πηλείδης,Ionic. genit. Πηλῆος Πηληϊάδης. Quod si patronymicum genitivo primitivi una syllaba sit brevior, scito hic esse syncopen,ut Il. ρ. 608. Δευκαλίδης pro Δευκαλιωνίδης,a gen. Δευκαλίωνος. Ubi duobus syllabis exuperat,

uperat, ibi scito esse Epenthesin. Ut Πηληϊάδης habet ἐπένθεσιν τῦ α. Nam quoniam ι. in Πηλεΐδης & similibus brevis est, antecedens autem syllaba & consequens longa, inutiles essent tales patronymici carmini heroico ob amphimacrum; ideo interponitur α & fit dactylus Πηληϊάδης, Ἀμφιβυωνιάδης. sunt tamen nonnulla quæ habent α naturaliter & regulariter, non per epenthesin: nimirum ea quæ fiunt a nominibus in ος purum. ι. quod præcedit vocalis. Ἀσκληπιὸς, Ἀσκληπιῦ, Ἀσκληπιάδης. A quibus observabis nonnunquam ablatum α si metri ratio postulaverit. Ἐειχθονίδης pro Ἐειχθονιάδης, ab Ἐειχθονίῳ. Præter ea quæ fiunt a nominibus in ος purum, sunt & alia patronymica quæ exeunt in άδης, viz. Ea quæ fiunt a nominibus primæ simplicium, Ἱππότης Ἱπποτιάδης. Quod si ab his formare fœminium velis, id facies expungendo δη. Ἀσκληπιάδης Ἀσκληπιάς. Ἱπποτιάδης Ἱπποτιάς.

Illud porrò Eustath. Etymol. & Heraclides Pont: observatum vellent, Homerum matronymicum (ut ita dicam) nunquam facere. ι. a matribus nunquam formare nomina. Nam Φιλομηλείδης Ulyss. δ. 343. quanquam nonnulli patronymicum dicant esse: tamen Eust. in eum versum, & Etymol. in voce Ἀτρείδης pernegant: neque enim, si esset patronymicum, debuisset scribi per ει. At de Αντοΐδης, quo utitur Poeta Hym. ad Mercur. 260. & passim in eo hymno, accuratiùs videat lector: habet enim veram patronymici formam. Αντό@ Αντοΐδης. unde fœminium Αντοΐς in usu est.

Vers. 3. Ἀΐδι προΐαψει. Virg. Æn. 9. 527. Quem quisque virum demiserit Orco.

Vers. 4. Ἡρώων. Ἥρωες οἱ πάλαι καὶ προγεγονότες ἄνθρωποι, οἱ ἡμίθεοι ἄνδρες. inquit etymol. Apud antiquos quatuor omnino gradus erant naturæ rationalis, supremus Deorum. 2. Dæmonum. 3. Heroum. infimus hominum

num. De his aliter poetæ ſcribunt, aliter philoſophi. Heſiodus Deos quidem ſupremos conſtituit; ſed tam δαίμονας quàm Ἥρωας fabulatur homines fuiſſe, hoc diſcrimine; quod in δαίμονας evaſerint homines juſtiſſimi, illi qui aureo ſæculo erant nati. Oper. & di. lib. 1. verſ. 120.

Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψε
Τοί κεν δαίμονές εἰσιν, &c.

In Ἥρωας Ii tranſierunt qui quarta ætate prognati ſunt, inter æneam & ferream, & virtute claruerunt. Uſque ad Trojana bella perduraſſe finguntur, & in fortunatas inſulas poſt mortem tranſmigraſſe. Heſ. eodem, lib. verſ. 156.

Αὖθις ἔτ' ἄλλο τέταρτον ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ
Ζεὺς Κρονίδης ποίησε δικαιότερον καὶ ἄρειον
Ἀνδρῶν Ἡρώων θεῖον γένος οἳ καλέονται Ἡμίθεοι.

Hoc diſcrimen apud Homernm non reperiemus. Nam ille voce δαίμων utitur aut pro fortuna, (unde Euſt. dicit eſſe μέσην λέξιν, & diſcriminari appoſitione τοῦ εὖ vel δυς, εὐδαίμων, δυςδαίμων) aut ſimpliciter pro Deo. Semel ex ambiguitate ſermonis videri poteſt Homerus uſurpaſſe δαίμων pro anima. Il. ι. 591.

Ἀλλὰ σὺ μή μοι ταῦτα νόει φρεσί, μηδέ σε δαίμων
Ενταῦθα τρέψειε φίλος.

Si lubet cum Platone pauliſper philoſophari. Sic ſtatue. Dii ſunt inviſibiles vel viſibiles. Inviſibilium ſummus erat & coryphæus unus reliquorum pater & opifex. Plat. in Timæo. Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, &c. Reliqui dii quidem, ſed inferioris conditionis. Dii viſibiles erant, Sol, Luna, reliqui planetæ, elementa, &c. Δαίμονες erant animalia quædam rationalia, alia ignea, i. ad naturam ignis propius accedentia, alia aeria, alia

alia aquea. Dæmonum singuli singulis sese hominibus adjunxisse credebantur, boni ut eos custodirent, maligni ut in mala præcipitarent. Cicero in Timæo, Δαίμονας, vertit lares: Budæus Δαίμονος officium videri potest meliùs expressisse, cum reddiderit genium cujusque præstitem fortunæ conciliatorem bonæ vel adversæ. Heroas Platoni placuit fuisse homines ex Deorum amore genitos, ut scribit Ficinus. Alii putarunt Heroas esse animas separatas, bonas bonos, malas malos, Plutarch: lib. 1. de Plac. Philos. cap. 8. Ergo videtur fuisse ut Dæmonas, sic Heroas tam malos quam bonos. Et idem author in Theseo, non procul a fine, jucundum refert historiam, seu fabulam potius, de Cleomede furioso quodam & mentis impote in heroem converso. Quid igitur intersit, inter Dæmones & Heroes facile perspicitur, non ita facile discernere Dæmones a Diis. Plotinus Ænead. 3. lib. 5. cap. 6. hanc ponit differentiam: Quod Dæmones sint passionibus obnoxii, Dii non item. Ejus verba hæc sunt: Λάβωμεν τῇ ποτε διορίζομεν Θεοὺς Δαιμόνων, καὶ εἰ πολλάκις καὶ Δαίμονας Θεοὺς λέγομεν εἶναι, ἀλλ' ὅταν τὸ μὲν ἕτερον, τὸ δ' ἕτερον λέγομεν αὐτῶν εἶναι γένος, τὸ μὲν δὴ Θεῶν ἀπαθὲς λέγομεν καὶ νομίζομεν γένος, Δαίμοσι δὲ προστίθεμεν πάθη. Homerus tamen ipsos Deos passionibus obnoxios facit, Il. ε. 383. &c. Venerem vulneratam. Il. ε. 336. Martem vinctum compedibus. Il. ε. 385. &c. Aliæ sunt differentiæ inter Deos & Dæmones, quas refert Ficinus, Com. ad Plot. en. 1. lib. 6. cap. 7. quem, si placet, vide.

Αὐτοὺς δ'. ι. αὐτῶν τὰ σώματα, nam animas orco demiserat, & tamen de corporibus locutus masculino genere usus est, referens nimirum non ad verbum σώματα (quanquam sola corpora dabantur canibus in prædam) sed ad compositum, quod ex anima & corpore unitis consurgit. Eadem figurâ usus est in altera parte compositi, Viz. anima. Ulyss. λ. 90.

Ἦλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ Θηβαίου Τειρεσίαο
Χρύσεον σκῆπτρον ἔχων.

ψυχὴ ἔχων! incongruè, nisi ἔχων referatur ad integrum Tiresiam.

Αὐτὸς δ' ἑλώεια. Vide ut brevem vocalem producat. Quidam ut mederentur huic pedi duplicarent, λ. quæ tamen emendandi ratio, Eustathio non arridet. Quidam scripserunt αὐτὸς δὲ ἑλώεια, sed nulla veterum exemplarium authoritate freti. Eust. produci ait ε. propter incumbentem densum spiritum. Sed si hoc admittatur, videtur inquirenda ratio cur sæpe inveniamus productam brevem ubi non sit spiritus densus, ut Il. ι. 581.

Ε'λίσσοντ' ὁ δὲ μᾶλλον ἀναίνετο. & vers. 570.
Πύργων βαλλομένων τῶ δ' ἐλίσσοντο γέροντες.

Ego existimo liquidam habere nonnunquam potestatem producendi syllabam, ideoque λ. esse in causa cur ε. producatur apud Homerum, Hymn. ad Mercur. 499. —Θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισεν. hæc aut hujusmodi exempla proculdubio latinis poetis confidentiam addidit, ut idem auderent. Virg. Æn. 3. 91. Liminaque laurusque Dei. Et Persius in prologo, Cantare credas Pegaseium Melos.

Non ignoro alios aliter legere illud Persii carmen; sed inani terriculamento a genuina lectione abacti, ne me in melos producerent. Eamque ob causam Politianus pro melos reponit nectar, & ob id a Marullo hisce versibus deridetur.

Posce negas dici melos, facunde poeta,
Atque ideo musas nectar ais canere.
Sed neque divinus malè μέλος ἄεισεν Ο'μηρος,
Nec, nisi cum cantas nectar, inepte, canis.

Atque hæc eadem est ratio cur ο. in φιλομειδὴς producatur, nec necesse habeamus duplicare μ. nam apud vetera exemplaria simplici μ. exaratum sæpius hoc vocabulum

invenio quæ in hoc libenter ſequor. Hanc etiam facile crediderim eſſe cauſam cur A. in Αʹρες productam legamus Il. ε. 31. & paſſim alibi. Brevis ante ν. Il. γ. καὶ ἐπεανιφάδεσσιν, &c. ante ρ. Il. α. 437. ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.

Verſ. 5. Οἰωνοῖσί τε πᾶσι. Zenodotus legit pro πᾶσι, δαῖτα, atque eo nomine reprehenditur ab Athenæo. lib. 1. quod δαῖς dicatur de victu tantum humano (de quo ſuo loco,) Et revera ἕλωρ tam canibus quàm avibus optimè congruit, ſicut præda latiné. Virg. Æn. 9. 485.

——— Canibus data præda Latinis
Alitibuſque jaces. ———

Soph. Antig. p. 2·4. Ἐᾶν ἄκλαυστον, ἄταφον, οἰωνοῖς γλυκὺν θησαυρὸν, εἰσορῶσι πρὸς χάριν βορᾶς.

Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή, γρ. βουλῇ. Et utraque ſcriptio perinde valet. Ζεὺς multa ſignificat, Summũ Ethnicorũ, Deũ, fortunã, fatũ, animã mundi, aerẽ,ætherẽ, ſolẽ, cœlũ. Heteroclitum eſt, & habet in gen. Διὸς, ab obſoleto nominativo Δίς. Et in plur. reperiri Δίες, Διῶν, Δισὶ, Δίας, ſcribit Euſt. ad Ulyſs. α. verſ. 14. dicitur & Ζὴν in nominativo, & Ζὴς apud veteres, & Ζὰς, & Ζὰν, & Δὴν, & Δὰν, & Δεὺς, Bœoticè & Βδεὺς, apud veteres comicos. Hoc loco Plutarchus nihil aliud voce Διὸς intelligi ait quàm fatum, a quo res ſecundas vel adverſas hominibus deſtinari putabant Stoici.

Alii ex antiqua fabula locum exponunt, quæ ſic ſe habet. Terra multitudine hominum gravata Jovem rogabat, ut ſe levaret onere: Miſertus ille Thebanum bellum primò immiſit. Dein, Momo in conſilium adhibito, (quod Διὸς βουλὴν ſignificare aiunt) Trojanum. Didymus aut quicunque author eſt brevium ſcholiorum in Homerum hanc fabulam eſſe ait apud Taraſinum quendam cujus verſus ut a Scholiaſte citantur hi ſunt.

Ἐν

Ἦν ὅτε μυρία φῦλα κατὰ χθόνα πλαζόμενα
Βαθυστέρνου πλάτος αἴης.
Ζεὺς δ' ἰδὼν ἐλέησε, καὶ ἐν πυκιναῖς πραπίδεσσι
Σύνθετο κουφίσαι ἀνθρώπων παμβώτορα γαῖαν,
Ῥιπίσας πολέμου μεγάλην ἔριν Ἰλιακοῖο
Ὄφρα κενώσειεν θανάτῳ βάρος, οἱ ἐνὶ Τροίῃ
Ἥρωες κτείνοντο, Διὸς δ' ἐτελείετο βουλή.

Per Διὸς βουλὴν, hic nihil aliud intelligi puto quam fatum, ſic alibi dicit poeta, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς Ὀδυσ. θ. 82. & Heſiodus 1. oper. & dier. verſ. 4. Διὸς μεγάλοιο ἕκητι, quæ Virgilius exprimit hujuſmodi locutionibus, ſic volvere Parcas Æn. 1. 26.

Sic fata Deum Rex —— ſortitur. Æn. 3. 375. fatis Junonis iniquæ, Æn. 8, 292. *i.* Voluntate inquit Servius in eum locum, & com. in 1. Æn. verſ. 36.

Verſ. 6. Ἐξ οὗ. Poteſt ad duo referri. Vel tempus, ut ſenſus ſit. Τὴν τοῦ Ἀχιλλέως μῆνιν ἄειδέ μοι, Μοῦσα, οὐχὶ ἄλλοθεν, ἀλλ' ἐξ οὗ δὴ καιροῦ τὰ πρῶτα διέστησαν Ἀτρείδης καὶ Ἀχιλλεύς. Vel cauſam ut ſenſus ſit. Ἄειδέ μοι, Μοῦσα, ἐξ οὗ αἰτίου τὰ πρῶτα ἡ ἔρις γέγονε. Fuerunt qui interrogative protuleruntt hæc. Ἐξ οὗ δὴ, &c. Et Τίς τ' ἄρ σφωε Θεῶν, indefinitè, ut quum poeta tot mala aſſcripſerat Achillis μήνιδι, ſecum admiratus interrogaret: at verò a qua cauſa exorta eſt? quo fonte profluxit tam gravis ira inter duos adeo eminentes viros? Deinde dubitative & indefinite reſponderet, Θεῶν τις συνῆκεν, &c. Proculdubio ſine Deo eſſe non poſſet, Deorum aliquis tantam calamitatem excitavit. Tum demum Muſa magis definitè rem expediret, Ipſum Deum nominando & totam rei ſeriem explicando, Λητοῦς καὶ Διὸς υἱὸς, &c. Sed expeditius eſt ut quaſi per interrogationem progrederetur poeta ad finem verſus octavi, dein reſponderet, Muſa, & totam rem explicaret.

Διαστήτην ἐρίσαντο Quidam quoniam apud authorem

rem Syringis στήτην pro muliere legerunt, ingenioſè ſe facturos crediderunt, ſi διὰ στήτην ἐρίσαντο legerent. Sed hæc ſine dubio quæ vulgo habetur genuina eſt lectio. quod confirmare poteſt eadem formula in eadem re, verſ. 304. Il. α.

Ὣς τώ γ᾽ ἀντιβίοισι μαχεσσαμένω ἐπέεσσιν
Ἀνστήτην.

Verſ. 7. Ἄναξ. Ἄνακος, in Gen. regulariter, & epentheſi τοῦ τ ἄνακτος. Dioſcuri primò Ἄνακες appellati ſunt ab Athenienſibus, tum cum Helenæ gratia Athenas profecti ſunt. ἢ διὰ τὰς γινομένας ἀνοχὰς, (nam inducias fecerunt) ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν καὶ κηδεμονίαν τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν στρατείας τοσαύτης ἔνδον οὔσης. ἀνακῶς γὰρ ἔχειν τοὺς ἐπιμελουμένους ἢ φυλάττοντας ὁτιοῦν. καὶ τοὺς βασιλεῖς ἴσως ἄνακτας διὰ τοῦτο καλοῦσι. Plutarch. in Theſeo.

Verſ. 8. Ξυνέηκε μάχεσθαι. Subintelligitur ὥστε, ut ſit ὥστε μάχεσθαι, vel articulus τοῦ, ut ſit εἵνεκα τοῦ μάχεσθαι. Euſt.

Verſ. 14. Στέμματ᾽ ἔχων. Vetus ſcholiaſtes legit στέμματ᾽ pro στέμματα, & exponit στεφανώματα: Quam lectionem exemplarium multitudo agnoſcit, & ſequitur. Euſtath. legiſſe videtur στέμμα τ᾽ pro στέμμά τε, ſine dubio rectius (quod obſervavit H Steph. & merito amplexus eſt) nam ut ſic legatur poſtulat tum gratia polyſyndeti, tum ſenſus verſuum, ſi attente advertatur. Ἦλθε λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ᾽ ἄποινα, στέμμά τ᾽ ἔχων, καὶ ἐλίσσετο. tum idem ſuadet, verſ. 28.

Μή νύ τοι οὐ χραίσμῃ σκῆπτρον καὶ στέμμα θεοῖο.

Malè aliqui confundunt στέμμα & στέφανον. Στέφανος eſt corona, στέμμα infula ſeu vitta, honeſtamentum Regum

&

& Sacerdotum. Hoc στέμμα, ubi supplices ad aliquem accessissent, exuebant, & obvolutum ramo olivæ prætendebant ei a quo beneficium aliquod precabantur, quod e Virgilio summo antiquitatum Græcarum observatore facilè discas. Æn. 8. vers. 127.

Optime Grajugenum, cui me fortuna precari,
Et *Vitta* comptos voluit prætendere ramos.
Et alibi —— ne temne quod ultro
Præferimus manibus vittas, & verba precantũ.

Hic itaque Chryses Apollinis sacerdos Græcos aggreditur supplex ad liberandam filiam captivam, prætendens vittam & sceptrum sacerdotii ornamenta. Hic mihi videtur hujus loci genuinus sensus.

Vers. 15. Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. In χρυσέῳ fit συνίζησις τῦ εω, & corripitur, sequente vocali qua quidem figura Homerus valde delectatur. Ut cum una syllaba sponte se offerret ad explendum sine figura metrum, mallet eam resolvere & synizesi uti. Il. α. vers. 1. 495. & passim.

Est autem συνίζησις, quando contrahitur & occultata considet una vocalis sub alia. Etymol. in voce συνίζησις. Seu quando duæ vocales mediam consonantem non habentes pro una accipiantur, ut ait Eust.

Dicitur etiam συναίρεσις & συνεκφώνησις. Fit ex duabus longis, (cum longas dico, intellige, vel vocales, vel diphthongos) exemp. gratia.

Ex η. ȣ. Il. ε. 349. Ex η. ω. Ulyss. χ. 384. α. ω. Il. δ. 117.
Vel ex duobus brevibus. ε. ο. Il. β. 490.
Vel ex brevi & longa. ε. οι. Il. α. 18. ι. αι. Il. β. 537.
Vel ex longa & brevi, η. ι. Il. β. 415.
Qui plura desiderat, legat doctissimi Wintertoni observat. Ad vers. 30. lib. 1. Hesiod. ἔργ. καὶ ἡμερ.

Σκήπτρῳ

Σκήπτρῳ. Sceptrum Antiquis putabatur imperii signum, item justitiæ, & orationis. Ideo tribuitur ab Homero Agamemnoni, ob imperium. Il. β. 101. Achilles injuriâ affectus per sceptrum jurat. Il. α. 234. Telemacho orationem habenti præco sceptrum tradit. Ulyss. β. 37. Eo Sacerdotes perinde ac reges utebantur: Nam vel idem est, vel non multum differt sceptrum a virgâ, cujus magnum fuisse usum in sacris & vaticiniis docet Cœl. Rhod. Antiq. Lect. Lib. 7. Cap. 29. Et in sacris literis שֵׁבֶט indifferenter virga & sceptrum vertitur. A quo etiam vocem σκῆπτρον derivari existimat Is. Casaubonus potiùs quam a σκήπτω.

Vers. 17. Ἐϋκνήμιδες. Κνήμη tibia. κνημὶς ea armatura quæ tegit tibias, ocrea. Εὐκνήμις, per diæresin ἐϋκνήμις, bene ocreatus bene armatus, per Synecdochen. Plurimus est Homerus in formandis hujusmodi Synecdochicis epithetis. Ut ἠΰκομος, ῥοδοδάκτυλος, καλλιπάρῃος, λευκώλενος, pro pulchra, &c.

Vers. 18 Ὑμῖν μὲν Θεοὶ δοῖεν. Carmen προκοίλιον. Θεοὶ contrahitur in unam syllabam. Hic de passionibus carminum non erit abs re nonnulla dicere.

Passiones accidunt carmini vel ob abundantiam, vel defectum temporum.

Ex abundantia temporum tres accidunt passiones carmini quæ denominant illud προκέφαλον, προκοίλιον, μακροσκελές.

Versus qui abundat in principio, dicitur προκέφαλος, seu μακροκέφαλος. Il. ε. 349. Ἦ οὐχ ἅλις ὅττι γυναῖκας, &c.

Carmen quod abundat in medio, dicitur προκοίλιον, ut hic. & Il. α. 1. Μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληϊάδεω Ἀχιλῆος.

Carmen quod in fine abundat, dicitur μακροσκελὲς, vel δολιχόουρον, vel ὑπέρμηκες. Il. γ. 237.

Κάστορά θ' Ἱππόδαμον καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Nec intelligo cur carmen illud Ulyſs. ι. 212 (Τοῦ φέρον ἐμπλήσας ἀσκὸν μέγαν, ἐν δὲ καὶ ἤϊα) μείουρις, ab Athenæo annumeraretur.

Hæc omnia ſanantur per ſynizeſin. Quæ quid ſit, vide Not. in verſ. 15. hujus libri.

His tribus tres carminis paſſiones ſunt contrariæ, ex defectu temporum ortæ, quæ denominant carmen ἀκέφαλον, λαγαρὸν, μείουρον.

Verſus, cui deeſt in principio tempus, dicitur ἀκέφαλος. Fit tribus modis.

1. Quando ſyllaba brevis ſimpliciter pro longa ponitur. Ulyſs. θ. 452.

Ἐπειδὴ λίπε δῶμα Καλυψοῦς ἠϋκόμοιο.

Hujus, & hujuſmodi ſola eſt medendi ratio productio brevis.

2. Quando ſtat anapæſtus in principio. Ut Il. ι. 5.

Βορέης καὶ Ζέφυρος τώ τε Θρήκηθεν ἄητον.

Sanatur inverſione ſyllabarum, & fit dactylus. Ἤσβορε.

3. Quando ponitur ad caput verſus amphibrachus. Il. α. 193.

Ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμόν.

Sanatur tranſpoſitione ſyllabarum, & fit dactylus. ὡς εο.

Carmen dicitur λαγαρὸν, vel etiam σφηκοειδὲς, quod in medio pro longa habet brevem. Il. ζ. 265.

Μή μ' ἀπογυιώσῃς μένεος ἀλκῆς τε λάθωμαι.

Μείουρον, vel μύουρον, vel κόλουρον dicitur carmen quod in

in fine claudicat. Il. μ. 208. Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν. Iliad. γ. 2.

Τρῶες μὲ κλαγγῇ ἐνοπῇ τ' ἴσαν ὄρνιθες ὥς.

Quin & illud μειούροις annumerat Athenæus.

Καλὴ Κασιέπεια θεοῖς δέμας ἐοικυῖα.

Itaque cum dicitur μείουρον quod in fine claudicat, non intelligendum eſt de finali, & ultimo pede, ſed de finali dictione verſus, ut obſervat magnus Caſaub. Sanantur iſtiuſmodi productione brevis.

Verſ. 21 Ἐκηβόλον. τὸ ἑκὰς βάλλοντα. ἑκαβόλον, & ratione metri ἑκηβόλον. Quæ metri ratio in infinitis aliis brevem vocalem in longam mutat ἐλαφοβόλος, ἐλαφηβόλος, &c. Quando hujuſmodi compoſita habent acutum in penultima, activam habent ſignificationem. Quando in tertia a fine, paſſivam. πρωτοτόκος primò enixa. πρωτότοκος primogenitus Hujuſmodi alia epitheta Apollini tribuuntur, utpote ſagittario. Ut ἑκάεργος. Il. α. 479. ἕκατος. Il. α. 385. ἑκατηβόλος. Il α. 370. ἑκατηβελέτης. Il. α. 75. Quæ omnia Heſych. per vocem μακροβόλος exponit. Quæ ſignificatio optimè convenit Apollini, ſive mythologicè ut perito ſagittario, Sive phyſicè, ut Soli conſiderato (quod Heraclidi Pont. magis arridere video.) Nam Sol procul ab his inferioribus exiſtens, huc uſque protendit ſuos radios, quæ ſunt quaſi ſagittæ ejus, quibus ſuas operationes exercet in hæc inferiora. Ἑκατηβόλον & ἑκατηβελέτην alii dici malunt Apollinem, quòd ἑκατὸν βέλεσι confoderit Pythonem ſerpentem, ut dicit Ovidius, aucto quidem telorum numero. Met. 1. fab. 8.

Pythonem Deus arcitenens ——
Mille gravem telis exhauſta pene pharetra
Perdidit.

Sed peritissimi sagittarii virtus est uno jactu hostem confodere, atque ob hanc causam Eust. non probat istam derivationem ab ἑκατὸν βέλη, sed mavult dici ab ἑκάθεν βάλλειν.

Vers. 25. Κρατερὸν δ' ἐπὶ μῦθον ἔτελλε. pro ἐπέτελλε μῦθον, tmesis, usitatissima poetæ figura. ἐπιτέλλειν, id significat apud Homerum quod ἐντέλλεσθαι apud alios. i. προστάσσειν, mandare, imperare. κρατερὸς μῦθος, durus, immittis, minax sermo. Alicubi poeta conjungit ἀπηνὴς & κρατερός. Il. ο. 202.

Τὸν δὲ φέρω Διῒ μῦθον ἀπηνέα τε κρατερόν τε.

Vers. 31. Ἐμὸν λέχος ἀντιόωσαν. Pro ἀντιῶσαν. part. præs. τοῦ ἀντιάω, poetico pleonasmo τοῦ ο (qui frequens est apud poetam, ὁρόων. Il. γ. 325. βοόωντα. Il. β. 198. &c.) Ἀντιᾷν reperitur apud Homerum aliquando sine casu, sed tamen intelligendus est casus, & plerunque significat ἀπαντᾷν. Il. ο. 297. Reperitur & cum dativo expresso. Il. φ. 431. Ubi etiam significat ἀπαντᾷν, occurrere. Et cum genitivo, cum quo nonnunquam significat simpliciter ἀπαντᾷν. Ut Odyss. ω. 56. Nonnunquam μετέχειν. i. Particeps fieri, Ut, ἀντιᾷν ἱερῶν. Ulys. γ 436 ἀντιᾷν ἑκατόμβης. Ulyss. α. 25. ἀντιᾷν πολέμου vel μάχης. Il. μ. 368. Il. υ. 125. Utrumque sensum ferre poss. videtur. Nam de eo plerumque dicitur qui alium nimis oppressum videt prælio, & ad auxilium ei ferendum prodit; Is autem dum occurrit ingruenti bello, fit quodammodo particeps periculi, bellique partem in se transfert. Ideo ἀντιᾷν πολέμου Didymus non solum ἀπαντᾷν exponit, sed & μετέχειν. Et Eust. in vers. 368. Il. μ'. Ὁ μέλλων συμμαχῆσαί τισι, καὶ αὖθις ταχὺ ἀποκαταστῆναι εἰς τὸ ἐξ ἀρχῆς, καλῶς ἂν εἴποι τὸ τοῦ Αἴαντος, τὸ, Αὐτὰρ ἐγὼ κεῖσ' εἶμι, καὶ ἀντιόω πολέμοιο, &c. Cum accusativo hoc unico loco reperitur apud Homerum. Ubi Eust. exponit πορσυνοῦσαν. i. parantem, ornantem. Ut Eust Il. γ. 411. Κείνου πορσυνέουσα λέχος. Ei succinit Hesychius, exponens ὑποστρωννύουσαν. i. substernentem.

Malim

Malim, ego αὐτιόωσαν, cum aliis exponere κοινωνοῦσαν. Semper inducuntur Mars & Venus convenientes. Sive igitur ut Græcos, sive ut milites hos, inter quos de virgine lis est, intueamur, nec Græcum, nec militem adeo contendere potuisse de virgine cubiculum mundatura, aut lectum stratura putaverim, sed de ea quam in lectum recepturus erat ut concubinam, ut moris erat apud quoslibet de captis in bello virginibus. Et hunc esse sensum poetæ mihi persuadent Agamemnonis verba, hujus libri vers. 113.

—— Καὶ γὰρ ῥα Κλυταιμνήστρης προβέβουλα
Κουριδίης ἀλόχου ——

Vers. 35. Πολλὰ δ' ἔπειτ', &c. Æn. 4. 205. Multa Jovem, &c.

Vers. 37. Κλῦθί μευ Ἀργυρότοξ', &c. Adverte ut congerat Apollini titulos. Nimirum existimabant ethnici nulla re magis honorari suos Deos, quàm titulorum multitudine, nec ullo modo se magìs exauditum iri aut votorum compotes certiùs futuros, quàm si magnam orationum partem consumerent enumerandis eorum titulis quos invocabant Exemplum clarum est apud Ovid. Met. 4. Mox ab initio. De Bacchi orgiis.

——Bacchúmque vocant Bromiúmque, Lyæúmque,
Ignigenámque, satúmque iterum, solúmque bimatrem:
Additur his Nyseus, indetonsúsque Thyoneus,
Et cum Lenæo, genialis consitor uvæ,
Nycteliúsque, Eleleúsque parens, & Iacchus, & Evan,
Et quæ præterea per Graias plurima gentes
Nomina Liber habes.——

Atque hoc est quod Diana apud Callimachum Jovem rogat. Hym. ad. Dian.

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἄππα φυλάττειν,
Καὶ πολυωνυμίην.

Clariſſimus Seldenus exiſtimat hoc eſſe invocationis genus, quod a Salvatore noſtro damnatur ſub nomine πολυλογίας. Mat. 6. 7.

Verſ. 39. Σμινθεῦ. cognomentum Apollinis apud Phrygios, ei datum a murum cæde. Nam Apollo infenſus Crinidi ſacerdoti ſuo immiſit agris ejus mures ad devorandas ſegetes, poſtea verò cum eo in gratiam rediens, eos omnes interfecit: quam ob rem Crinis delubrum erexit Apollini Sminthco (nam vernacula ejus lingua σμίνθος mus vocabatur) & Statuam quæ altero pede murem premebat. Malo hanc hujus nominis originem agnoſcere quàm quod de Cretenſibus circumfertur admittere. Nam ad alia, quæ dici poſſent, accedit id quoque quod poeta magis decore facit, dum Phrygium ſacerdotem, Phrygium Deum adduxit invocantem. Illud quoque advertendum quàm ridiculas ob cauſas diis ſuis nomina imponerent ridicula. Sic Accaronitæ habuerunt ſuum Beelzebub. *i.* deum muſcarum. Arcades μυίαγρον. Elei Jovem Ἀπόμυιον. Romani Herculem Ἀπόμυιον. Trachinii Herculem Κορνοπίωνα. *i.* Locuſtarum abactorem. Erythræi Herculem Ἰποκτόνον. *i.* qui vermiculos vitibus infeſtos occidit.

Verſ. 39. Εἴποτέ τοι. Simile eſt. Virg. Æn. 9. 406. Si qua tuis unquam &c.

Verſ. 42. Τίσειαν Δαναοὶ ἐμὰ δάκρυα. Τίσειαν aor. *i.* opt. Æolic. Hujuſmodi aoriſta Euſt. obſervat in hoc differre a communibus, quod rem citiùs confici optent, ideòque abſurdum eſt, inquit, precari ζήσειας εὐτυχῶς, ne videaris precari ut citiùs perveniat ad finem vitæ felicis cui ſic optas. Τίω tres habet ſignificationes, honoro, rependo, pœnas do; juxta quas iſte verſus triplicem habet ſenſum.

1. Ut

1. Ut dicat senex, τιμήσειαν, honorent meas lacrymas malis a te affecti.

2. Vel ἀνταποδοῖεν, καὶ ἀντικλαύσειαν. i. Rependant meas lacrymas, tantum illi lacryment malis affecti, quantum ego nunc spretus & repudiatus.

3. Vel τιμωρηθεῖεν. i. Pœnas dent tuis telis ob meas lacrymas, & sic per ἀντίπτωσιν dicitur, ἐμὰ δάκρυα, pro ἐμῶν δακρύων.

Vers. 51. Ἀφιείς. Mutare nollem, quia major exemplarium pars ita habent; nihilominus scriptum vidi & ἐφιείς. Nec malè fortasse, ut sit ἱεὶς ἐπ' αὐτοῖς βέλος. Quam lectionem confirmat aliquatenus Vers. 382. hujus libri. Ubi hæc repetit his verbis.

Ἧκε δ' ἐπ' Ἀργείοισι κακὸν βέλος.

Vers. 53. Ἐννῆμαρ. ἐπὶ ἐννέα ἡμέρας. Adverbium ab ἐννέα & ἦμαρ nomine neutrius generis derivatum, sicut αὐτῆμαρ. Il. α. 81. Παννῆμαρ. Ulyss ν. 31. Poeta tamen Syntaxin mutat, & versu sequente non dicit τῷ δεκάτῳ sc. ἤματι, quod potuit, sed τῇ δεκάτῃ referens ad ἡμέρα, quod æquivalet τῷ ἤματι. Fortasse ut nova quadam figura lectoris animum oblectaret, & ad accuratiorem lectionem incitaret. Sic Il β. vers. 459. 462.

Τῶν δ' ὥς ὀρνίθων πετεηνῶν ἔθνεα πολλὰ
Ἔνθα καὶ ἔνθα ποτῶνται ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσιν.

Ἀγαλλόμεναι non retulit ad id quod præcessit, & quod debuit, viz. ἔθνεα, sed ad aliud subauditum quod ei æquivalet, viz. ἀγέλαι, aut aliquid tale fœmininum. Multas hujusmodi syntaxeos irregulares apud Homerum observabit diligens lector. Il. ε 382. Τέτλαθι τέκνον ἐμὸν κηδομένη περ. &c. supra. Il. ά vers. 53.

Vers. 95. Ἄμμε παλιμπλαγχθέντας. i. ἡμᾶς εἰς τοὐπίσω

πίσω ὑποςρέψαντας, vel πλανηθέντας, ut Hesych. optime. Quid est enim opus ea congerere, quorum Homerus nusquam mentionem fecit, ad extorquendam expositionem ἐκ δευτέρε πλανηθέντας? Nec verò eum sensum intendisse poetam illud est argumento, quòd apertè usus est eadem phrasi pro redire, aut retro vagari. Ulyss. ν. vers. 5. Præterea πάλιν tum in compositione, tum extra, sæpissime retro significat apud Homerum. Il. α. 116 δόμεναι πάλιν, reddere Et vers 380. πάλιν ᾤχετο, rediit. vers. 526. παλινάγρετ☉. revocabilis. vers. 126. παλίλλογα. relecta. Il. γ. 35. παλίνορσ☉. retrogradus. Nec movere nos debet tautologiæ metus: Nam Homerus sæpe diversis verbis eandem rem solet repetere. Il. β. vers. 233. ἀπὸ νοσφίν. Et Il. β. v. 305. ἀμφὶ περὶ κρήνην. Il. ε. 257.

Τούτω δ' ἐ πάλιν αὖτις ἀποίσετον ὠκέες ἵπποι
Α᾿μφω ἀφ' ἡμείων.

Vers 65. Deficit hoc versu ἕνεκα ut liquet è vers. 94. Ε᾿κατόμβη, sacrificium centum boum proprié. Significat etiam sacrificium centum ovium aut caprorum, sed impropriè. (nam ineptam esse arbitror derivationem ab ἑκατὸν βάσεις) Athen. lib. 1. cap. 3. Κόνων ὁ τῇ περὶ Κνίδον ναυμαχίᾳ νικήσας Λακεδαιμονίες, κ̀ τειχείσας τ̀ Πειραιᾶ, ἑκατόμβην τῷ ὄντι θύσας κ̀ ἐ ψευδωνύμως, πάντας Α᾿θηναίες εἱςίασε. Sacrificium centum boum vocat ἑκατόμβην τῷ ὄντι. Ε᾿κατόμβην ψευδωνύμως, aliarum pecudum, minorum scilicet.

Vers. 75. Post ἄνακτ☉ nonnulli interrogativum punctum scribunt, neque absurdé, utrumque bene stat.

Vers. 88. Ε᾿πὶ χθονὶ δερκομένοιο. Periphrasis viventis: ut apud Virg. lumine cassus, pro mortuo. Æn. 2. 85.

Vers. 91. Εὔχεται εἶναι. Εὔχεται in hoc & similibus multis

multis locis apud Homerum non denotat jactantiam, ac si jactaretur tantum hoc vel illud ita esse, quum revera non ita sit, sed ut intelligatur sic revera se rem habere. Odyss. ι. 263. &c.

Vers. 102. Εὐρυκρείων. Ad hujus imitationem videtur Virg. dixisse populum latè regem. Æn. 1. 25.

Vers. 103. Μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι. κ. & ἀμφὶ μέλαιναι. Μένεος. ι. ὀργῆς. Philosophi iram subter præcordia collocant. Significat autem φρένες non solum prudentiam, ut infra vers. 115. sed & præcordia, seu potius eam præcordiorum partem quæ pulmonibus subjacet & appellatur diaphragma. Dicuntur φρένες μέλαιναι, vel διὰ τὸ ἐντὸς αὐτὰς ἐν βάθει κεῖσθαι, καὶ μὴ ὁρᾶσθαι (quam ob causam & κρήνη dicitur μελάνυδρος, Il. ι. vers. 14.) vel διὰ τὴν τοῦ θυμοειδοῦς ἀγριότητα, quasi σκοτειναὶ, ut de Apolline irato dixit supra, vers. 47.

—— Ὁ δ' ἤιε νυκτὶ ἐοικώς.

Virg. Æn. 8. 219. Hic verò Alcidæ &c.

Vers. 104. Ὄσσε δὲ οἱ, &c. Virg. Æn. 12. 101. Totóque ardentis ab ore, &c.

Vers. 114. Κουριδίης ἀλόχου. Κουριδία dicitur uxor quæ virgo nupsit. Virg. Æn. 1. 349. Cui pater intactam dederat. ι. κουριδίην. Ἕθεν, hoc versu pro οὗ, gen. τοῦ ὅς pronom. tertiæ personæ: Ion. ἕο. paragoge ἕοθεν. Æol. Syncope ἕθεν.

Vers. 115. Οὐ δέμας, οὐδὲ φυήν. &c. Omnem mulieris præstantiam uno versu complectitur. Φυήν. H. Steph. εἶδος esse putat, & reddi mallet habitum oris, quàm aut indolem, aut venustatem, aut staturam. Et Homerus apertè posuisse pro eodem videtur εἶδος & φυήν. Ulyss. ι. 211. &c.

Οὐ

Οὐ μέν θην κείνης γε χερείων εὔχομαι εἶναι,
Οὐ δέμας, ἐδὲ φυήν. ἐπεὶ ἔπως ἐδὲ ἔοικε
Θνητὰς ἀθανάτῃσι δέμας καὶ εἶδος ἐρίζειν.

Nec minùs apertè alio in loco, distinguit εἶδος & φυήν. Il. β. 58. Εἶδός τε, μέγεθός τε, φυήν τ' ἄγχιστα ἐῴκει. Μηροὶ εὐφυεῖς dicuntur. Il. δ. 147. οἱ εὖ πεφυκότες, καὶ τῷ ὅλῳ σύμμετροι.

Verſ. 119. Ἀγέραστος. Virg. non donatus. Æn. 5. verſ. 305.
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit.

Verſ. 124. Οὐδέ τί πω ἴδμεν. Senſus eſt, nunquam novimus præmia in publico aliquo repoſitorio ſervata, unde ei, qui ſuum forte amitteret, mox aliud ſuppeditaretur: ſed omnia dividuntur, quæ iterum auferre indignum erit.

Verſ. 132. Κλέπτε νόῳ. &c. Tria, inquit Euſt. ſunt, propter quæ quis acquiſitum aliquod dimittere ſolet. Arguta deceptio, perſuaſio, juſſio. Hæc tria comprehendit oratione ſua Agamemnon. Ideóque dicit, μὴ κλέπτε νόῳ. *i.* ne me tuis fallaciis decipere coneris, ἐπεὶ ἐ παρελεύσεαι. *i.* Non me incautum antevertes. Anglicè diceremus *you shall not over-reach me.* Ea eſt arguta deceptio. Perſuaſio ſequitur, ἐδέ με πείσεις. Juſſio, verſ. 134.

—— κέλεαι δέ με τήνδ' ἀποδοῦναι.

Verſ. 133. Ἦ ἐθέλεις ὄφρ' αὐτὸς ἔχῃς, &c. verba eligendi ut αἱρεῖσθαι, βέλεσθαι, ἐθέλειν, &c. conſtruuntur vel cum ſubjunctivo & conjunctione, vel cum infinitivo. Utrumque hic poſuit Homerus, & in eadem ſententia ab uno ad alium modum tranſit. Θέλεις ὄφρ' ἔχῃς, αὐτὰρ ἔμ' ἧσθαι.

Verſ. 136. Ἀρσαντες κατὰ θυμόν, &c. Ἀποσιώπησις,

σις, seu reticentia. Sic Virg. Æn. 1. 139 Quos ego. Sed motos &c.

Vers. 144. Βήσομεν. Tmesis. Ἀναβήσωμεν. i. ἀναβιβάσωμεν, quo verbo Thucydides usus est in eadem re, Ἀναβιβάζεσθαι ἐπὶ τὰς ναῦς ὁπλίτας. Active hic usurpatur verbum neutrum. Sic Il. α. 434. ἱςὸν ἱςοδόκῃ πέλασαν. i. πελάσαι ἐποίησαν. Et Il. β. 601. ἐκλέλαθον κιθαρισύν. Il. ε. 164. Βῆσε κακῶς ἀέκοντας. viz. ἐξ ἵππων. Et apud solutæ orationis scriptores. Greg. Naz. Stelit. 1. Τοῦτο μόνον τῶν ἁπάντων οὐ καλῶς ἐφιλανθρωπεύσατο, καὶ σῶσαι καὶ βασιλεῦσαι τὸν κακῶς καὶ σωθέντα καὶ βασιλεύσαντα. Priore loco sumitur βασιλεύειν pro regem constituere, posteriore pro regnare.

Vers. 147. Ἱερὰ ῥέξας. Ῥέζειν, facere, propriè. Homerus usurpat pro sacrificare, quemadmodum & veteres Græci τὸ δρᾷν. Athen lib 14. Ὅμηρός τε τὸ ῥέζειν ἐπὶ τοῦ θύειν τάσσει, τό δὲ θύειν ἐπὶ τοῦ ψαισὰ μεταδόσπια θυμιᾷν, καὶ οἱ παλαιοὶ τὸ θύειν δρᾷν ὠνόμαζον. Sic Latini facere pro sacrificare. Virg. Eglog. 3 77. Cum faciam vitula.

Vers. 262. Ὢ ἐπὶ πόλλ', &c. Virg. Æn. 12. 162. Quam propter tantos &c.

Vers. 171. Ἐνθάδ' ἄτιμος ἐών. Hyperbaton. Ordo est. Νῦν εἶμι Φθίηνδ', ἐπειὴ πολὺ φέρτερόν ἐςιν οἴκαδ' ἴμεν σὺν νηυσὶ κορωνίσιν ἐνθάδ' ἄτιμος ἐών. Simile est Il. β. 335. Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο. Nam ἐπαινήσαντες refertur ad id quod præcessit 333. Ἀργεῖοι δὲ μέγ' ἴαχον, μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο. Ἀμφὶ δὲ νῆες, &c.

Vers. 173. Ἐπέσσυται. pro ἐπισσεύονται per metathesin, Etymol. them. ἐπίσυμαι. aliis ἐπισύομαι.

Vers.

Vers. 181. Ἀπειλήσω δή τοι ὧδε. Sic minatur Achilli Agamemnon. Ille autem verbis quidem contumeliosus vindictam tamen nullam repetit, quod summo viro I. C. Scaligero displicet. Qua tamen in re pepercisse Homero potuit. Neque enim quasi timiditatem proderet aut asininam patientiam a cæde abstinet, sed & μεγαλοψυχίαν & εὐσέβειαν Achillis pulcherrimè denotat. Impatiens ille minarum & contumeliæ, gladium extrahit vel ipsum imperatorem summúmque exercitus ducem occisurus. Vers. 194. Supervenit Minerva, suadet ut recondat in vaginam gladium, neque vim inferat Agamemnoni. Mox ille, ut decet εὐσεβῆ & εὐπειθῆ, Χρὴ μὲν σφωΐτερόν γε, θεά, ἔπος εἰρύσασθαι, &c. vers. 216. Itáque non nisi divino monitu ab incepta cæde desistit. Quod sine manifesta impietate, quodqúe a Dea indultum est vers. 211. id facit, & sese levat conceptum dolorem amaris & minacibus verbis excernendo.

Vers. 182. Ὥς ἔμ' ἀφαιρεῖται. Pro ἐμέ. Verè dicitur ἀφαιρεῖσθαι τοῦτο. Et ἀφαιροῦμαί σε τοῦτο, & σοῦ τοῦτο, & σοὶ τοῦτο, & σὲ τούτου, & σὲ τούτῳ.

Vers. 234. Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. Vide not. in vers. 15. Virgilius hoc juramentum suaviter transtulit, Æn. 12. 206. &c. Ut sceptrum hoc &c.

Vers. 235. Πρῶτα τομὴν. Hesych. & Scholiastes exponunt τομὴν, τὴν ῥίζαν ὅθεν ἐτμήθη. Imo verò & brachia & radix & quicquid abscindebatur ad formandum sceptrum dici potest τομή. Virgilius videtur legisse κομήν. Æn. 12. 209.

——— Posuitque comas & brachia ferro.

Vers. 243. Ἔνδοθι θυμὸν ἀμύξεις. Qui vehementiore aliqua ægritudine conflictatur, ei corrodi & exedi

cor

cor & animus dicitur. Sic Il. ζ. 201.

Ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο
Ὃν θυμὸν κατέδων.

Ideo Ægyptiis hieroglyficum hominis confecti curis erat cor rosum undique & quasi obesum. Et Pythagoras inter alia hoc consilium dedit μὴ ἐσθίειν καρδίαν. i. μὴ βλάπτειν τὴν ψυχὴν φροντίσιν αὐτὴν καταξύχοντα inquit Plutarch. lib. de educand. lib. & idem Pythag. in fine aur. carm.

Φείδεο τῆς ζωῆς, μή μιν καταθυμοβορήσῃς.

Verf. 258. Πέρι δ᾽ ἐστὲ μάχεσθαι. Regula est, Mutatio significationis mutat accentum præpositionum. Ideo περὶ cum significat supra, aut περισσῶς, scribitur παροξυτόνως. Et vereor ut verbum ἐστὲ, cum quo in compositione jungitur, possit, περὶ, βαρύτονον facere etiam in hac significatione. Quare hac in re libentiùs sequor vetera exemplaria. Hic etiam observa infinitum pro nomine accipi sine præpositione. μάχεσθαι pro μάχῃ.

Verf. 286. Κατὰ μοῖραν ἔειπες. i. κατὰ τὸ προσῆκον, decenter, ita ut neutri præter id quod par est dixeris. Alibi pro eodem dixit κατ᾽ αἶσαν. His contraria sunt ὑπὲρ μοῖραν & ὑπὲρ αἶσαν. Il. γ. 59.

Ἕκτορ ἐπεί με κατ᾽ αἶσαν ἐνείκεσας οὐδ᾽ ὑπὲρ αἶσαν.

Et Il. υ. 3. Δείδω μὴ καὶ τεῖχος ὑπὲρ μόρον ἐξαλαπάξῃ.
Et adverbium ὑπέρμορα significans ὑπὲρ τὸ προσῆκον. Il. β. 155.

Verf. 297. Σὺ δ᾽ ἐνὶ φρεσί. Virg. Æn. 10. 104. Accipite ergo animis, &c.

Verf.

Verſ. 321. Τὼ δὶ ἔσαν κήρυκε. Κήρυκες erant miniſtri regii. Eorum officium Euſt. ſic breviter deſcribit. Θυσίαις τε καὶ σπονδαῖς παντοίαις ἐπιςατεῖν, καὶ ἀγορὰς ἀθροίζειν, καὶ τοὺς λαλήσοντας ἐξεγείρειν, καὶ προσοχὴν ἐμποιεῖν προβοῶντας τὸ Ἀκούετε λεώ. Propter ſacra quæ peragebant, dicuntur a poeta Διὸς ἄγγελοι, propter alia ἀνδρῶν ἄγγελοι. Il. α. 334. Athen. lib. 14. cap. 23. ſcribit non magnum antiquis fuiſſe coquorum & κηρύκων diſcrimen, propterea quod κήρυκες hoſtias mactabant, excoriabant, dividebant, &c. Quod etiam de ſe ſuóque artificio gloriatur coquus apud poetam, quem citat.

Καὶ ἀρχόμεθ' ἡμεῖς οἱ μάγειροι, θύομεν,
Σπονδὰς ποιοῦμεν τῷ μάλιςα τοὺς θεοὺς
Ἡμῖν ὑπακούειν.

Rationem verò reddens nominis κῆρυξ, ait κήρυκας αὐτοὺς ἀπὸ κρείττονος ὠνόμαζον. Hoc eſt a præſtantiori ſui officii parte dicti ſunt κήρυκες: nam iidem, ut ex Euſt. dictum eſt, quum fiebant ſacra, initio attentionem populi excitabant clamantes, Ἀκούετε λεώ. εὐφημεῖτε. σιγὴ πᾶς ἔςω λεώς. Et peractis ſolennibus iterum clamabant, Λαῶν ἄφεσις. i. Ite, Miſſa eſt. Inde Κήρυκες a κηρύσσειν.

Verſ. 356. Ἀπούρας. Etymol. exponit ἀπολαύσας. derivat ab ἀπαυράω fruor. ἀπαυρήσω. aor. 1. ἀπηύρησα. part. ἀπαυρήσας. Syncope & verſione τοῦ α in ο ἀπούρας. Heſychius ἀπούρας exponit ἀφελόμενος. Euſtathius eodem prorſus ſenſu ἀφορίσας ἐκ τοῦ Ἀχιλλέως. i. ſeparans aut ſegregans eam ab Achille. ἀπούρας enim revera eſt verbum Ionicum ſyncopen quidem paſſum pro ἀφορίσας, hoc modo. Ὅρος ὁρίζω, ἀφορίζω. Iones epentheſin faciunt τοῦ υ cum tenui ſpiritu, unde οὖρος οὐρίζω ἀπουρίζω fut. ἀπουρίσω, aor 1. part. ἀπουρίσας, & per ſyncopen ἀπούρας.

Verſ.

Verf. 393. Περίχεο παιδὸς ἑῆος. i. φροντίδα ποίησαι καὶ ἐπιμέλειαν. Si ἑῆος exponas ἰδίου vel ἑαυτοῦ. Sic deriva. ἑός, ἑὺς, & ε in η ἠὺς, in genit ἠέος & metathesi ἑῆος. Si ἀγαθοῦ sic deriva. ἐῢ, ἐὺς, &c. ut prius.

Verf. 400. Καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. Zenodotus legit Φοῖβος Ἀπόλλων. Difficile est sensum hujusmodi fabularũ expiscari nisi confugiendo ad allegorias, & earum quidem magna est diversitas in unaquaque fere fabula. Unam huic ascribam quam dant nonnulli. Per Junonem intelligunt aerem : Per Neptunum aquam : Per Minervam æthereum ignem : Per Jovem animam mundi : Per Briareum fatum seu fortem necessitatem. Sic itaque : Fatum (quod Diis ipsis fortius est, nec flecti nec impediri potest) ob pulchram rerum dispositionem elementa naturis diversa quasi seditiosè in Jovem surrectura, & ipsi animæ mundi dominatura continet ac refrœnat.

Verf. 403. Ὃν Βριάρεων καλέουσι Θεοὶ, &c. Ubi aliquid occurreret quod bina haberet nomina, Homerus alterum diis, hominibus alterum tribuebat, significans se a Musis edoctum etiam Deorum callere dialectum. Prius nomen ad Deos, posterius ad Homines semper refert. Eust. notat nomen generosius Diis, alterum hominibus tribui. Sic Il. ξ. 291. Et Il. υ. 74. idem observabis.

Verf. 423. Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανόν. Nonnius dixit convivium hoc Æthiopicum fuisse festum Jovi sacrum. Τὸ δὲ ἄειστον τὸ Αἰθιοπικὸν, καὶ ἡ δίαιτα αὕτη θυσία ἦν γινομένη τῷ Διΐ. Nimirum in Diospoli Æthiopiæ civitate erat templum Jovis, unde statuam ejus sumentes Æthiopes & aliorum deorum, Lybiæ aliquas partes circuibant quotannis. Hoc festum duodecim dies durabat.

Alii allegoriam faciunt. vide. Selden. de Diis Syris syntag. 1. cap. 1. Et Macrob. Saturnal. lib. 1. cap. 23.

Verf. 447. Ὣς κα θεῷ κλειτὴν ἑκατόμβην. Exacta veterum

veterum Græcorum ſacrificii deſcriptio. Primò hoſtiam ſiſtebant coram ara, verſ. 447. 448. Tum lavabant manus. 449 Fortaſſe ut oſtenderent puros eſſe debere, qui divina tractant. Dein ad orientem ſe convertentes hordeū integrum ſale commiſtum ſumebant, & precantes affundebant victimis immolandis, quod poeta dicit οὐλοχύτας προβάλλεσθαι. 458. Virg. Æn. 12. 173. Dant fruges manibus ſalſas (quanquam non ignorem eſſe aliquos qui οὐλοχύτας interpretantur caniſtra, e quibus effunduntur hordeum & ſal.) Hordeum integrum affundebant in memoriam victus ſimplicis priſcorum hominum. Nam priuſquam ars confringendi hordeū inventa erat, illud integrum edebant homines. Unde ſi deeſſet hordeum, querceis foliis ejus vice utebantur, in memoriam ſimplicioris adhuc victus, viz. glandium. Salem miſcebant quia erat amoris & benignitatis ſymbolum. Huc uſque προθύματα. Tum verò ad mactationem pergebant. Primùm beſtiarum guttura ſurſum ad cœlum vertebant, cum ſacrificium erat ad placandos Deos cæleſtes, (hoc eſt αὖ ἐρύειν verſ. 459. Seu nonnunquam αὐερύειν uno verbo) Deorum enim inferorum victimas gutture terram verſus depreſſo jugulabant. Tum mactabant & excoriabant. 459. Dein crura integra abſcindebant, eáque duabus plicis pinguedinis obvolvebant. Verſ. 460. 461. Hoc eſt κατὰ δὲ κνίσῃ ἐκάλυψαν, δίπτυχα ποιήσαντες. Crura quidem integra igne abſumi volebant, quia videbantur præcipua membra, utpote ad inceſſum & generationem conferentia; duplici pinguedine obtegebant, ut clariùs luceret ignis inter comburendum: nam ſi caligaret, aut aliquantum obſcuriùs ſplenderet, malum putabatur omen. A reliquis ſingulis immolatæ beſtiæ membris, crudis adhuc, ſingulas particulas conferebant ſacrificio, ut eſſent quaſi epitome totius beſtiæ. Hoc eſt ὠμοθετεῖν, 461. Hæc ſacerdos comburebat, & vinum inſuper libabat 462. Poſt peractum hoc modo ſacrificium, juvenes ſe dapibus accingebant, & quæ ſupererant victimæ partes ſibi in epulas

torrebant

torrebant seu assabant. Heroes enim Homerici nunquam edebant nisi assas carnes, easque plerumque bubulas. Antiphanes apud Athen. lib. 1. cap. 9.

Ὅμηρος, Ζωμὸν δ' οὐκ ἐποίει θύων βοῦς, οὐδ' ἧψε κρέα
Οὐδ' ἐγκέφαλον, ὤπτα δὲ τὰς κοιλίας,
Οὕτω σφόδρα ἦν ἀρχαῖος.

Tum demum edebant, bibebantque hilares, Deumque cui immolabant canticis placabant. vers. 467. &c.

Vers. 463. Πεμπώβολα. Æolicum vocabulum pro πεντώβολα. Sunt autem verua, ut ita dicam, quindentia (ὀβελὸς est veru) viz. instrumenta μαγειρικὰ quibus carnes assabant. Reliqui Græci utebantur τριωβόλοις. i. verubus tres cuspides habentibus: Soli Æolii πεμπωβόλοις. Hoc verbo utitur Herod. in fine Vitæ Homeri pro argumento quo probet Homerum fuisse Æolium.

Vers. 467. Ἐρύσαντό τε πάντα. i. εἰς τοὐπίσω εἵλκυσαν τοῦ πυρός. Did. ab igne retraxerunt.

Vers. 468. Δαιτὸς ἐΐσης. moris fuit apud veteres ut assidentibus convivis sua cuique cibi & potus portio apponeretur, quam nullus alius attingere debebat, neque communibus utebantur dapibus. Suid. in voce δαιτρός. & δαιτή. Hoc Athenæus μονοφαγεῖν vocat lib. 1. cap. 8. Et Plutarchus hujusmodi convivia Ὁμηρικὰς δαῖτας; sympos. lib. 2. cap. 10.

Ab hac ferculorum divisione convivium vocabatur δαίς. ἐΐση autem pleonasmo τοῦ ε pro ἴση, quia æqualis unicuique dividebatur portio (neque enim probandus est Zenodotus exponens ἐΐσην, ἀγαθήν, ab ἐΰς, nec alii ab εἶμι vado vel invado) Athen. lib. 1. cap. 10. Ἡ δ' ὁ δαὶς ἀπὸ τοῦ δαίεσθαι λέγεται ὅ ἐστι διαμοιρᾶσθαι ὁπίσης. Ideo δαὶς propriè est de humano victu, &

meritò reprehenditur Zenodotus quod legerit, οἰωνοῖσί τε δαῖτα. Vide not. in verſ. 5. Huic expoſitioni ſubſcribunt Euſt. Heſych. Etymol.

Verſ. 469. Αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος, &c. Virg. Æn. 8. 184, Poſtquam exempta fames, &c.

Verſ. 470. Κρητῆρας ἐπεστέψαντο. Crateras ad ſumma uſque labra impleverunt. (De conviviis & compotationibus a peracto ſacrificio inductis vide Eraſm. adag. Nephalium Sacrum. Et Epicharmi verſum πολυθρύλλητον apud Athen. pag. 36. D. ἐκ μὲν θυσίας θοίνη, &c.) Nam id ſignificat ἐπιστέφεσθαι κρητῆρας. Unde Il. θ. 232.

Πίνοντες κρητῆρας ἐπιστεφέας οἴνοιο.

i. ad ſumma labra plenos. Nam ita replere ſolebant pocula boni ominis cauſa. Virg. Georg. lib. 2. 528.
——Socii cratera coronant Et Æn. 1. 728.

Crateras magnos ſtatuunt & vina coronant.

Nonnulli exiſtimant pòſt inolevisse morem revera coronandi pocula. Æn. 3. 525.

Tum pater Anchiſes magnum cratera corona
Induit, implevitque mero.

Verſ. 479. Τοῖσιν δ᾽ ἴκμενον οὖρον. Æn. 3. 130. Proſequitur ſurgens, &c.

Verſ. 481. Ἐν δ᾽ ἄνεμος πρῆσεν, &c. Virg. Æn. 3. 268. Tendunt vela Noti, &c.

Verſ. 490. Πωλέσκετο. Vel Ionicum eſt pro ἐπωλέετο. Vel a πέλω fit πολῶ fut. πολέσω. Unde verbum πολέσκω.

λέπκω. ſicut ἀρῶ, ἀρέσω, ἀρέσκω. πολέσκομαι. Imperf. ſublato incremento & producto ο. πωλέσκετο. Vertitur, verſabatur: malo, ibat ſeu itabat. Heſych. πωλεῖται, συνεχῶς ἐπὶ τὸν αὐτὸν τόπον παραγίνεται Et πωλεῖσθαι, ἐπιμελῶς τὸ πολλάκις φοιτᾷν. Homerus ſeipſum exponat. Il. γ. 196.

Α'υτὸς δὲ κτίλ@ ὣς ἐπιπωλεῖται ςίχας ἀνδρῶν.

Quod verſ. 198. exponit per διέρχεται. Unde Il. Δ. vocatur ἐπιπώλησις.

Verſ. 513. Ε'μπεφυυῖα. Part. perf. med. ab ἐμφύομαι quod proprie eſt ingenerari, innaſci. Metaphorice dicitur de eo quod tam pertinaciter alteri adhæret ac ſi adnaſceretur. Sic ἐν δ' ἄρα οἱ φῦ χειρί. Virg. Æn. 8. 124.

Accepitque manu, dextramque amplexus inhæſit.

Verſ. 529. Ε'πεῤῥώσαντο. ἐπεσείσθησαν. ἐκινήθησαν. Etym. Aor. 1. med. indic. a ῥώω cum præpoſitione, quod ſignificat movere. Transfertur ἀπὸ ἀνδρῶν ἐῤῥωμένως εἴς τι ἔργον κινουμένων. Euſt. Et equi, quum magna contentione & impetu incitantur ad curſum, ῥώεσθαι dicuntur. Ergo ῥώεσθαι eſt magno ſtudio & impetu moveri.

Verſ. 530. Μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ο'λυμπον. Virg. Æn. 10. 115. Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Verſ. 549. Ο'ν δ' ἂν ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν. Tranſit a ſingulari maſculino ad neutrum plurale. ὃν. ι. μῦθον, ἐγὼν ἀπάνευθε θεῶν ἐθέλοιμι νοῆσαι, μὴ σὺ ταῦτα ἕκαστα διείρεο.


Verſ. 572. Ε'πίηρα φέρων. Favens, gratificans. Grammatici exponunt ἐπίηρα, τὴν μετ' ἐπικουρίας χάριν. Et nonnulli ſimpliciter ἐπικουρίαν. Herodianus apud Euſt. ſic deducit, ἦρ auxilium, ἦρ@. accuſ. ἦρα, & in compoſitione ἐπίηρα. Alii ſic, ἐρῶ, amo, ἔρανον. Ut δρέπω, δρέπανον. Et brevi in longam mutata, ἤρανον, in plurali ἤρανα, per ſyncopen, vel apocopen ἦρα, quod etiam extra compoſitionem reperitur apud Homerum. Ulyſſ. γ. 163. Α'γαμέμνονι ἦρα φέροντες. Et Il. ξ. 132. θυμῷ ἦρα

ἦρα φέροντες. i. otiosi stantes, & sibi quasi gratificantes, & in compositione ἐπίηρα φέρειν hic, Et vers. 578. Idem credo significat apud Philoxenum, quem citat Athen. lib. 1. ἐπίηρανος εἶναι. τρίγλη δ' οὐκ ἐθέλει νεύρων ἐπίηρανος εἶναι. i. Mulli non ea est natura, ut Venerem adjuvet.

Vers. 582. Καθάπτεσθαι. Infinitivum pro imperativo, ut Il. β. 10. 75. Et passim apud Homerum.


Vers. 590. Ἤδη γάρ με, &c. Allegoria hujus fabulæ refertur ad ignea meteora. v. g. stellas, quas vocant cadentes, fulgura, &c. Quæ magno nonnunquam impetu a suprema aeris regione depelluntur, ut aut pæne aut prorsus extinguantur, priusquam ad terram perveniant. Dicitur autem in Lemnum cecidisse, vel quia Vulcanus ibi præcipuè colebatur, vel quia ea terra solebat ignem evomere, ideo poeta hoc fingit ac si desuper caderet.

ἸΛΙΑ'Δ.



Ι'ΛΙΑ'Δ. Β'.

Verſ. 2.



Εὗδον. Εὕδειν & καθεύδειν ſignificant & dormire, ut hic, & cubare, vel ſomno non obrepente, ut Il. α. verſ. ult. ἔνθα καθεῦδ' ἀναβὰς, de Jove, & tamen hic dicit Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.

Verſ. 8. Ἴθι. Nonnunquam præſ. imper. ab εἶμι eo. Hic adverbium hortandi. Id valet quod Latinis age, agedum. Βάσκ' ἴθι, idem quod toties apud Virgilium. Vade age.

Verſ. 30. Οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς, &c. Virg. Æn. 8. 40. Tumor omnis & iræ conceſſere Deûm.

Verſ. 33. Ἀλλὰ σὺ σῇσιν ἔχε φρεσίν. Virg. Æn. 8. 42. Jamque tibi, &c.

Verſ. 39. Θήσειν ἔμελλεν ἐπ' ἄλγεα Τρωσί. Tmeſis & Hyperbaton. ἐπιθήσειν ἄλγεα Τρωσίν.

Verſ. 41. Ὀμφή. Hic æquivalet τῷ ὄνειρος, & bene Heſych. exponit ὀνείρου φαντάσματα. Quod autem derivari aiunt nonnulli ἀπὸ τοῦ ὂν φαίνειν, in quemvis locum differri ſatius erat quam hic proferri, ubi id ſignificat, τὸ ῥ' οὐ τελέεσθαι ἔμελλεν.

Verſ. 42. Ἕζετο δ' ὀρθωθείς. Virg. Æn. 457. Conſurgit ſenior, &c.

Ib. Χιτῶνα. Inter χιτὼν, φᾶρος, & χλαῖνα hoc intereſt. Χιτὼν eſt veſtis intimior prætenuis, (ideóque μαλακὸς dicitur) vel ex lino texta, vel lanâ. Nonnunquam pro eo accipitur, quod proximum cuti adjacet, veſtimento. Ut Il. σ. 416. Δῦ δὲ χιτῶν', Euſtath. Nonnunquam pro eo quod medium eſt inter intimum & extimum. Virorum eſt amictus, ut πέπλος mulierum. Il. σ. 595. Pollux numerat χιτῶνα inter amictus muliebres: Et πέπλον eſſe nonnunquam virorum. Impropriè tamen ſumitur pro quovis amictu, & nonnunquam pro ea armaturæ parte quæ thorax dicitur, unde Græci appellantur Χαλκοχίτωνες. Il. α. 371. &c. Quod idem valet ac χαλκεοθώρακες. Il. δ. 448. Φᾶρος virorum eſt pallium longum. Non induebatur, ſed ab humeris pendebat eo prorſus modo quo pallia noſtra; in quo differebat a φάρει mulierum, quod ἔννυσθαι ſemper dicebatur, (quo verbo utitur Homerus de iis tantum veſtibus quæ verè induebantur) nam illud obſervandum, quod Græci apud Homerum χιτῶνα δύειν aut ἔννυσθαι ſemper dicantur. At φᾶρος περιβαλέσθαι aut ἐπ' ὤμοις βαλέσθαι. Χλαῖνα virorum eſt, eamque a virorum φάρει nihil arbitror differre, niſi quod ſpecialiter de hyemali pallio dicatur. Fit a χλιαίνω. i. calfacio. Euſt. de verbo φᾶρος. Ἔοικε μανδοειδές τι νῦν τὸ φᾶρος εἶναι, καὶ οὐ δυτὸν, ἀλλ' ἀναπτόν. In verſ. 16. Ulyſs. ο. Idem de voce χλαῖνα alibi, Ὅρα κἀνταῦθα, ὡς μανδοειδὴς ἡ χλαῖνα καθὰ δηλοῖ τὸ ἐπερονήσατο. Com. in verſ. 133. Il. κ. Et in verſ. 193. Il. β. Ἔοικε μανδοειδὲς ἡ χλαῖνα εἶναι περίβλημα.

Itáque

Itáque passim. Significat & χλαῖνα stragulum quod lecto insternitur. Hujusmodi χλαῖναι duplicari solebant aliquando, ut eo magis arcerent frigus. Inde legitur apud Hom. ἀπλοΐδες χλαῖναι. Il. ω. 230. de stragulis non duplicatis.

Vers. 46. Ἄφθιτον αἰεί. Ita dicit de sceptro Agamemnonis quia perpetua sui generis serie a Diis ad eum pervenerat, nec alienigena quisquam gesserat. Vide infra, vers. 101. &c.

Vers. 53. Βουλὴν δὲ πρῶτον. καὶ. βουλή. Est autem βουλὴ selectorum quorundam virorum concilium. Ἀγορὰ totius populi congregatio.

Vers. 89. Βοτρυδόν. συνεστραμμέναι καὶ συνηγμέναι ὡς ἐν βότρυος σχήματι. Respicit sine dubio naturam apum, quarum cum examen evolat, in aere frequentes conglomerantur : ubi autem ramo assedit princeps earum confestim advolant aliæ, atque item aliæ, adeóque sibi adhærent invicem, ut racemi ad instar ab arbore dependeant. Uude suaviter Virgil. Georg. 4. vers. 558.

Apum aspiciunt
Immensasque trahi nubes, jamque arbore summa
Confluere, & lentis uvam demittere ramis.

Vers. 93. Ὄσσα δεδήει. Malo vertere, fama incaluit, aut flagravit quàm aut fama lucebat, aut fama concreverat. Nam cum valde increbrescit fama, agitaturque, & in omnium ore est, incalescere dici potest, metaphorâ ductâ ab iis quæ motu calefiunt. Eodem verbo de bello utitur passim Homerus, ut Il. μ. 35. Il. υ. 18. Quis non esset ridiculus, qui lucebat bellum interpretaretur? Rectiùs sine dubio, flagrabat bellum, ubi maximè fremebat sicut Virgil. de tumultu. Æn. 11. 225.

 ---Medio

—— Medio flagrante tumultu. Verſ. 342. Et alibi. Quid quod μάχης καμιστειρῆς legitur, Il. δ. 1. Θερμῆς καὶ πυρώδους, Euſt. διὸ καὶ δηϊοτὴς, καὶ δηῒς, ἡ αὐτὴ, καὶ δηϊ@ πόλεμ@, ἀπὸ τῦ δαίω, τὸ δηλῦντ@ τὸ καίω.

Atque hæc expoſitio cum noſtro Anglicano idiomate bene convenit, qui dicimus, *the ſpeech was hot among them*, &, *the heat of the battel, the hotteſt battel.* Heſych. quoque huic expoſitioni favet qui exponit, δεδήει. ἐξεγήγερτο. διεκέκαυτο.

Verſ. 95. Τετρήχει. pro ἐτετασάχει. ſignificat ἐτετάρακτο, vel θορύβυ πλήρης ἦν. Paſſiva ſignificatio verbi activi, niſi mavis cum authore Etym. legere τετρήγει in media voce, quod præter eum neminem video legiſſe. Nec verò ſatis ſibi conſulit, cum ipſe. Il. η. 346. legat τετρηχυῖα, non τετρυγυῖα. Quid eſt enim majus incommodi, ut hic τετρήχει paſſivè ſignificet, quàm ut ibi τετρηχυῖα? Quin potiùs illud, quod ab omnibus obſervatur, tenendum eſt, Διαθέσεις verborum apud Homerum ſæpe mutari, ita ut paſſiva ſæpe activè ſignificent, ut Il. β. 99. ἐρήτυθεν δὲ καθέδρας. pro ἐρητύθησαν, &c. Et viciſſim activa paſſivè Il. β. 374. ἁλῦσα, capta. Et 661. τράφ pro ἔβαφε. nutritus eſt. Il. ζ. 415. πόλιν ἐυ ναιετάωσαν. ι. ναιομένην.

Verſ. 109. Ἔπεα πτερόεντα προσηύδα. γρ. ἔπε' Ἀργείοισι μετηύδα.

Verſ. 123. Εἴπερ γάρ κ'. Virg. Æn. 12. 231. Paucis horum verſuum ſenſum exprimit.

En omnes & Troes, &c.

Verſ. 124. Ἄμφω. Rarus uſus τῦ ἄμφω de duabus gentibus, vel duobus exercitibus.

Verſ. 125. Τρῶας μὲν λέξασθαι. Non eſt expectandum ut

ut certis regulis omnis Homerica syntaxis comprehendatur. Ludit sæpenumero σχήματ☉ καινότητι, ut dictum est. Ut & hic transit a casu ad casum, a modo ad modum. Τρῶας μὲν λέξασθαι, & ἡμεῖς διακοσμηθείημεν. Eustath. tamen monet in aliquibus exemplaribus legi Τρῶες, tum sic construitur. εἰ ἐθέλοιμεν ἀριθμηθῆναι, Τρῶες δ' ἐθέλοιντο λέξασθαι, ἡμεῖς δὲ διακοσμηθείημεν.

Verſ. 135. Καὶ σπάρτα λέλυνται. Per σπάρτα hic nonnulli intellexerunt non id quod latini spartum vocant, quia id multis post excidium Trojanum annis in Græciam ex Hispania allatum est. Sed quoniam cannabo & stuppa, ut Varro author est, cæterisque sativis rebus quæ σπαρτὰ appellabant naves consuebant, ideo ea hic intelligi volunt &, σπαρτὰ scribi. Vide Gell. Noct. Attic. lib. 17. cap. 3.

Verſ. 144. Κινήθη δ' ἀγορὴ, ὡς, &c Virg. è diverso tempestati comparat populi tumultum. Æn. 1. 152. Ac veluti magno in populo, &c.

Verſ. 148 Λαβρὸς ἐπαιγίζων. Αἰγὶς ab ἀΐξω præt. med. τοῦ ἀΐσσω, & καταιγὶς procella. Ἐπαιγίζειν inde, desuper spirare. Illud nimirum significat quod dixit verſ. 146. Ἐπαΐξας Πατρὸς Διὸς ἐκ νεφελάων.

Verſ. 225. Τέο δ' αὖτ' ἐπιμέμφεαι, τέο pro τοῦ. i. τίν☉. Ἐπιμέμφεσθαι idem hic significare quod χατίζειν, scribit Eust. & Hesych. ἐπιμέμφεται, exponit ἐπιδεῖται. At si propriam habeat significationem. i. redarguis, refertur ad τέο cum ἕνεκα, ut sit τίν☉ ἕνεκα ἐπιμέμφῃ. Vide not. in Il. α. 65. Χατίζειν autem simpliciter construetur cum τίν☉ sine ἕνεκα.

Verſ. 235. Ὦ πέπονες, &c Virg. Æn. 9. 617. O verè Phrygiæ, &c.

Verſ.

Verſ. 250. Τῷ. Advebiaſcit, & ſignificat διὸ, frequentiſſimè apud Hom.

Verſ. 258. Ὥς νύ περ ὧδε. γρ. ὡς τὸ πάρος περ.

Verſ. 266. Θαλερὸν δ' οἱ ἔκπεσε δάκρυ. γρ. ἔκφυγε, quod quidem exprimit doloris vehementiam quem e plaga conceperat, ut Anglicè dicimus, *the teares ſtarted out*. At cur poeta δάκρυον θαλερὸν appellaret? Ut id omittam quod affert hic Euſtath. exponens θαλερὸν ὑγρὸν, quia virentes herbæ quæ propriè θάλλειν dicuntur ſunt valde humidæ: exiſtimo Heſychium bene interpretari θαλερὸν δάκρυον, τὸ πολὺ, καὶ μὴ ξηραινόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἀεὶ θάλλον. Ita erit anallage numeri, & ſenſus erit, quòd magna vis aut copia lacrymarum excidit. Nam θάλλειν in malam partem ſumi nonnunquam pro ſcatere non eſt ignotum. Unde apud Soph. legitur θάλλοντα πήματα. Eodem ſenſu Homerus vocat γόον θαλερόν. Ulyſſ. κ. 457. in quem locum ſcribens Euſtath. apertè accedit huic expoſitioni. Θαλερὸς γόος, inquit ille, καθ' ὁμοιότητα τοῦ θαλερὸν δάκρυ, τὸ ἄπαυστον καὶ ἀεὶ νεάζον.

Verſ. 302. Κῆρες ἔβαν θανάτοιο φέρουσαι. Κῆρες ſunt αἱ θανατηφόροι μοῖραι. Sæpe vocabulum hoc conjungitur cum θανάτου, ſæpe per ſe ponitur. Et in ſingulari κὴρ mors. Il. α. 228. Virgilius vertens illos verſus. Il. χ. 210. &c. Ἔνθ' ἐτίθει δύο κῆρε. κῆρε fata vertit. Æn. 12. 726. Suidas κῆρας dici ſcribit, quaſi τὰς κηῆναι ἐπιφερούσας. meliùs fortaſſe a κείρειν κὴρ, verſo ει in η. Ut κεῖνος, τῆνος.

Verſ. 305. Ἀμφὶ περὶ κρήνην. Ἀμφὶ & περὶ nec ſtructura multum differunt nec ſignificatione, (ſed ἀμφὶ magìs eſt Ionica) ideóque indifferenter una pro altera ponitur, & nonnunquam utraque ſimul, ut hic, & Il. ρ. 760. Quemadmodum apud Latinos circum circa. Et in compoſitione

positione ἀμφιπεριστρώφα, Il. θ. 348. ἀμφιπεριφθινύθει, Hymn. ad Ven. 272.

Vers. 312. Πετάλοις ὑποπεπτηῶτες. pro ὑποπεπτηκότες. πεπτηκὼς per syncopen πεπτὼς. Ion. πεπτεὼς ectasi πεπτηὼς. πεπτηῶτος. Eust. brevius πεπτωκώς. ablato κ, & verso ω in η, πεπτηώς, ab ὑποπίπτειν. cadere sub viz. ad latitandum, unde nonnunquam lateo simpliciter. Ulys. ξ. 474. —— ὑπὸ τεύχεσι πεπτηῶτες
κείμεθα.

Vers. 335. Μῦθον ἐπαινήσαντες. Vide, Il. α. 171.

Vers. 353. Ἀστράπτων ἐπιδέξι'. ab accusativo ad nominativum transit syntaxis. vers. 350 φημὶ γὰρ οὖν κατανεῦσαι ὑπερμενέα Κρονίωνα. Subsequi deberet ἀστράπτοντ' ἐπιδέξια. Eodem modo Il. ζ. 510. a nominativo ad accusativum, sic

ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς
ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει.

De quibus Plutarchus ταῦτα δὲ ἐξήνεγκε κατά τινα ἀρχαϊκὴν συνήθειαν, καὶ οὐδὲ ταῦτα ἀλόγως. εἰ γάρ τις τὰς μετοχὰς ἀναλύσει εἰς ῥήματα, εὑρήσει αὐτὸ τὸ ἀκόλουθον. τὸ γὰρ ἀστράπτων, ἴσον ἐστὶ τῷ ἤστραπτε, καὶ τὸ πεποιθὼς, τῷ ἐπεποίθει.

Vers. 362. Κρῖν' ἄνδρας κατὰ φῦλα. Alludit ad Græcorum morem qui in suis Rebuspub. cives dividebant in φυλὰς, ut Romani in tribus : deinde φυλὰς subdividebant in φρατρίας, ut Romani suas tribus in curias. Hic itaque sensus est, Athenienses per se statue, Achivos item per se, atque itidem Lacedæmonios, &c. ita fiet ut uniuscujusque virtus vel ignavia magis appareat.

Vers. 381. Νῦν δ' ἔρχεσθ' ἐπὶ δεῖπνον. Virg. Æn. 9. 158. Quod superest, &c.

Verſ. 415. Πυρὸς δηΐοιο. Deeſt διὰ, ſicut infra. 785. Διέπρησσον πεδίοιο, & 801. ἔρχονται πεδίοιο.

Verſ. 418. Ὀδὰξ λαζοίατο γαῖαν. Solebant qui vulnere lethali in terram fuſi ſunt, os terra implere, ne doloris ſenſu victi exclamantes aut gementes muliebriter mori viderentur. Virg. Æn. 11. 417.

Quanquam o, ſi ſolitæ quicquam virtutis adeſſet,
Ille mihi ante alios fortunatuſque laborum,
Egregiuſque animi, qui ne quid tale videret
Procubuit moriens, & humum ſemel ore momordit.

Verſ. 420. Πόνον δ' ἀμέγαρτον. Etymol. niſi fallor, φθόνον δ' ἀμέγαρτον.

Verſ. 449. Ἑκατόμβοιος. Βοῦς nummus Athenienſis, a Theſeo cuſus erat & ſignatus imagine bovis: Unde δεκάβοιος, &c. Plutarch. in Theſ. Stateris dimidium fuit, continens duas drachmas, de noſtro valuit 1. s. 3. d. Itaque quod erat ἑκατόμβοιον, de noſtris nummis valet. 6. l. 5. s.

Verſ. 459. Τῶν δ' ὥς τ' ὀρνίθων. Virg. Æn. 7. 698. Ibant æquati numero, &c.

Verſ. 462. Ἀγαλλόμεναι. γρ. ἀγαλλόμενα. Vide not. in Il. α. 53.

Verſ. 469. Ἠΰτε ἔθνεα εἰσι. Virg. Æn. 1. 434. Qualis apes, &c.

Verſ. 489. Οὐδ' εἴ μοι δέκα, &c. Virg. Georg. 2. 43. Non mihi ſi linguæ centum.

Verſ. 528. Μείων οὔτι τόσος γε. Obſervat Didymus hos

hos tres versus, ut spurios a quibusdam notari, quod Il. η. 701. &c. Homerus utrosque Ajaces æquales facere videatur. Αἴας δ' ὐκ ἔτι πάμπαν, &c. Sed in iis versibus non comparantur Ajaces secundum corporis, sed animi magnitudinem, & propinquas stationes. Imo verò hos versus esse genuinos illud est argumẽto, quòd ut hîc Ajax Oileus μείων appellatur & ὀλίγος, sic alibi Ajax Telamonius μέγας dicitur. Il. ε. 610. Il. ι. 169. Et passim alibi.

Vers. 542. Ὄπιθεν κομόωντες. Abantes præter cæteros solebant in bello comminus pugnare, & manus cum hoste conserere, itaque ne nexum capillorum hostibus præberent, anteriores abradebant capillos, posteriores nutriebant. Hujusmodi tonsuram vocatam fuisse Θησηΐδα, testatur Plutarch. in Theseo, quia Theseus juvenis profectus Delphos ut capillorum primitias Apollini offerret, anteriores tantum abrasos obtulit.

Vers. 547. Δῆμον Ἐρεχθῆος. Ἐρεχθεὺς Rex Athenarum, vocabatur & Erichthonius, quod nomen aliqui derivant ab ἔριον & χθών: alii ab ἔρις & χθών. Rationem utriusque Etymologiæ scit, qui novit fabulam de lite Vulcani & Minervæ. Erat Erechtheus sine dubio rex sapiẽtissimus, ideóque a Minerva nutriri dicitur, e terra autem nasci, quia erat αὐτόχθων indigena Atticæ, in ea natus, non inquilinus aut advena, ut nonnulli Cecropem fuisse existimârunt. Quin & sacerdotem Minervæ fuisse Eustathius opinatur; ideóque dicere poetam in ejusdem templo collocatum fuisse. Nam Regnum & Sacerdotium olim in eodem sæpe conveniebant. Virg. Æn. 3. 80. Rex Anius, rex idem hominum, Phœbique sacerdos.

Augustinus de civ. Dei lib. 18. cap. 12. Paucis omnem de Erichthonio fabulam retegit. In templo Vulcani & Minervæ, quod ambo unum habebant Athenis expositus inventus est puer dracone involutus, qui eum significavit

ficavit magnum futurum, & propter commune templum) cum essent parentes ejus ignoti Vulcani & Minervæ dictum esse filium: nominis tamen ejus originem fabula illa potiùs quam ista designat historia, hæc ille. Hic verò dicit Homerus τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα, hac arbitror de causa. Solenne fuit Ethnicis, quemcunque ignotis parentibus editum viderint præclarum, ejus ortum in Deos referre. Plut. in Theseo. De Theseo & Romulo. Α᾽μφω μὲν ἀνεγγύω καὶ σκοτίω γενόμενοι δόξαν ἔχον ἐκ θεῶν γεγονέναι. Erichthonius itaque in Vulcani & Minervæ templo repertus Vulcani filius credi potuit, & quia Minerva ut virgo celebatur, ideo ad Terram ultimum partuum obscurorum refugium recursum est.

Vers. 550. Ἐνθάδε μιν ταύροισι. Scholiastes μὶν, αὐτὸν τὸν Ἐρεχθέα. Certè Athenis fuisse Erechthei delubrum & sacerdotem non est dubium. At verò ullum in ejus honorem festū fuisse celebratum, aut taurorum sacrificium, id mihi non est adeo exploratum. Malo itaque cum Eustathio per μὶν Minervam intelligi, (ἐνθάδε nimirum ἐν τῷ ῥηθέντι ναῷ ταύροισι καὶ ἀρνειοῖς ἱλάονται τὴν Ἀθηνᾶν) & Panathenæa hic notari, in quibus sacrum ingens factum est, ad quod bovem unaquæque urbs, quæ Atheniensium erat colonia, sacrificandum mittebat. Id confirmat περιτελλομένων ἐνιαυτῶν. *i.* confectis certis annis, *viz.* quinque: nam singulis lustris peragebantur Panathenæa. Virg. in Cieri. ——Peplo

Qualis Erechtheis olim portatur Athenis,
Debita cùm castæ solvuntur vota Minervæ,
Tardaque confecto redeunt quinquennia lustro.

hoc ultimum carmen bene exprimit περιτελλομένων ἐνιαυτῶν. Atque hic obiter notandum discrimen inter περιτελλομένων ἐνιαυτῶν & περιπλομένων ἐνιαυτῶν. Illud denotat annos jam esse expletos & confectos: hoc, jam esse in

cursu & circumvolutione, nondum tamen exactos & perfectos, ut Virgil. Æn. 1. 238. Volventibus annis.

Ulyss. α. 16. Α'λλ' ὅτε δὴ ἔτος ἦλθε περιπλομένων ἐνιαυτῶν.

Virg. Æn. 1. 287. Veniet lustris labentibus ætas.

Et Ulyss. λ. 247.

Χαῖρε γύναι φιλότητι περιπλομένου δ' ἐνιαυτοῦ
Τέξεις ἀγλαὰ τέκνα.

Non confecto anno (nam mirus esset partus qui duodecim totos menses utero concluderetur) sed labente anno. Vide Gel. lib. 3. cap. 16.

Vers. 641. Οὐκ ἦσαν. i. Mortui erant, ut Hebræi איננד intellecto הָיָה.

Vers. 775 Δίσκοισιν τέρποντο. Δίσκος erat massa vel ærea, vel lignea, vel ferrea (ferrea vocabatur σόλος Il. ψ. 826.) vel etiam lapis teres Ulyss. θ. 190. His vel circumplicabatur lorum vel perterebratis inserebatur, quo discum circum rotantes in aerem projiciebant corporis exercendi gratia. Hujusmodi exercitium hodie pueris familiare est in plumbeis globulis, licèt non cum discis antiquorum pondere conferendis, in quibus is se victorem fert, cujus globulus aut longiùs evolat, aut altiùs projectus exilit. Fit δίσκος a δίκω. i. projicio.

Vers. 780. Οἱ δ' ἄρ ἴσαν. Hac similitudine denotat tantùm fulgorem armorum, qui tantus erat, inquit, ac si rota terra inflammata luceret. Non dissimilis est ea quam habuit supra vers. 455. &c.

Vers. 783. Εἰν Α'ρίμοις. Virgilius hæc vertens ex his duobus vocabulis unum conflavit. Æn. 9. 715.

——Durumque cubile,

Inarime

Inarime Jovis imperiis imposta Typhœo.
Vide Turneb. Adverſ. 20. cap. 18.

Verſ. 796 Ἄκριτοι μῦθοι. Sunt ſermones verborum quidem pleni, ſed nullo delectu prolatorum, Unde Ulyſſes ſupra verſ. 246. Therſitem vocat ἀκριτόμυθον. ι. πολύλογον καὶ λίαν ἀδιακρίτως ἔχοντα τοὺς λόγους. Et ſimiliter infra, verſ. 860. Ὄρος ἀκειτόφυλλον. ι. πολύφυλλον. montem nimirum qui tam multis arboribus eſt conſitus, ut quæ ſint cujuſque propria folia difficile ſit decernere.


Verſ. 820. Τόν δ' ὑπ' Ἀγχίσῃ. Vel legendum. Τὸν ὑπ' Ἀγχίσῃ. Vel in ſcanſione υ liqueſcit.

Verſ. 855. Ἀλλ' οὐκ οἰωνοῖσι. Virg. Æn. 9. 328. Sed non augurio, &c.



ΓΑΙΑΔ.





Ι'ΛΙΑ'Δ. Γ.

Vers. 3.



Η'̓́Υ'τε περ κλαγγὴ γεράνων. Non est, ut quidam arbitratur, Græculum de Pygmæis figmentum, quorum et antiquissimi authores mentionem fecerunt, et etiamum qui orbem terrarum nostra patrumq; memoria peragrarunt, eos vidisse se constanter affirmarunt. Ctesias in Indicis. *Ο'τι μέσῃ τῇ Ι'νδικῇ ἄνθρωποί εἰσι μέλανες, καὶ καλοῦνται* Πυγμαῖοι, *τοῖς ἄλλοις ὁμόγλωσσοι Ι'νδοῖς· μικροὶ δὲ εἰσὶ λίαν. οἱ μακρότατοι αὐτῶν πήχεων δύο. Ο'ι δὲ πλεῖστοι ἑνὸς ἡμίσεως πήχεως*, &c. Hujus authoritas si minuta sit, Ipsum Aristotelem summum naturæ exploratorem, veritatisque vindicem adeamus. Is non solùm Pygmæos esse affirmat, verùm hos ipsos poetæ versus adeo illustrat, ut tum illum commentatum in hunc locum credas, tum Homerum naturæ peritissimum facilè agnoscas. Locus est lib. 8. de Hist. Animal. cap. 12. *Καθάπερ τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν τὰς οἰκίας*

τοῦ χειμῶνος μεταβάλλουσιν, οἱ δὲ πολλῆς χώρας κρατοῦντες θερίζουσι μὲν ἐν τοῖς ψυχροῖς, χειμάζουσι δὲ ἐν τοῖς ἀλεεινοῖς. Οὕτω καὶ τῶν ζώων τὰ δυνάμενα μεταβάλλειν τοὺς τόπους. Καὶ τὰ μὲν ἐν αὐτοῖς τοῖς συνήθεσι τόποις εὑρίσκεται τὰς βοηθείας, τὰ δὲ ἐκτοπίζει, μετὰ δὲ τὴν φθινοπωρινὴν μεσημβρίαν ἐκ τοῦ Πόντου καὶ τῶν ψυχρῶν φεύγοντα τὸν ἐπιόντα χειμῶνα. Μετὰ δὲ τὴν εἰαρινὴν, ἐκ τῶν θεεινῶν εἰς τοὺς τόπους τοὺς ψυχροὺς, φοβούμενα τὰ καύματα· τὰ μὲν ἐκ τῶν ἐγγὺς τόπων ποιούμενα τὰς μεταβολάς, τὰ δὲ ἐκ τῶν ἐσχάτων, ὡς εἰπεῖν, οἷον οἱ γέρανοι ποιοῦσι. Μεταβάλλουσι γὰρ ἐκ τῶν Σκυθικῶν εἰς τὰ ἕλη τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου, ὅθεν ὁ Νεῖλος ῥεῖ. Ἔστι δὲ τόπος οὗτος περὶ ὃν οἱ Πυγμαῖοι κατοικοῦσιν. Οὐ γάρ ἐστι τοῦτο μῦθος, ἀλλ' ἔστι κατ' ἀλήθειαν γένος μικρὸν μὲν ὥσπερ λέγεται, καὶ αὐτοὶ, καὶ οἱ ἵπποι. Τρωγλοδύται δ' εἰσὶ τὸν βίον.

Quid clarius dici poſſet aut excogitari ad hunc locum explicandum? Jam verò mellitiſſimus Oppianus hos Homeri verſus ita imitatus eſt. Piſcat. 1.

Ὡς δ' ὅτ' ἀπ' Αἰθιόπων τε καὶ Αἰγύπτοιο ῥοάων
Ὑψιπέτης γεράνων χορὸς ἔρχεται ἠεροφώνων
Ἄτλαντος νιφόεντα πάγον καὶ χεῖμα φυγοῦσαι,
Πυγμαίων τ' ὀλιγοδρανέων ἀμενηνὰ γένεθλα.
Ἵησι δ' ἀριπταμένῃσι κατὰ στίχας εὐρέες ἐσμοὶ
Ἠέρα τε σκιάουσι καὶ ἄλλυτον ὄγμον ἔχουσι.

Virgilius autem, omiſſo quod de Pygmæis dicitur, duobus locis hanc ſimilitudinem exprimit, Æn. 6 310. &c. Aut ad terram, &c. Et Æn. 10. 264. Qualis ſub nubibus atris, &c.

Verſ. 18. Αὐτὰρ ὁ δοῦρε δύω. Virg. Æn. 12. 165. Bina manu, &c.

Verſ. 23. Ὥστε λέων ἐχάρη. Virg. Æn. 10. 723. Impaſtus ſtabula alta leo, &c.

Verſ.

Verſ. 29. Αὐτίκα ἐξ ὀχέων. Virg. Æn. 10. 453. Diſſiluit Turnus bijugis, &c.

Verſ. 33. Ὡς ὅτε τὶς, &c. Virg. Æn. 2. 379. Improviſum aſpris, &c.

Verſ. 39. Δύσπαρι. *i.* Πάρι ἐπὶ κακῷ ὠνομασμένε. Infelix, infauſte Pari. Idem valet ac ſi diceret: O qui malo omine & natus es, & vocatus Paris. Solent poetæ nonnunquam infauſtorum nomina ita componere, non quòd ipſa nomina aliquid maligni habeant: ſed quòd ipſi quorum ſunt nomina infelices ſunt & aliis malorum cauſæ, ideóque non nominandi ſine malo omine. Sic Ulyſs. τ'. 260. Et ψ. 19. Penelope Ilium vocat Κακοΐλιον, deinde ſe quaſi interpretata addit οὐκ ὀνομαστήν. Hujus generis ſunt Δυσελένη, apud Eurip. & Αἰνόπαρις & Αἰνελένη apud alios.

Verſ. 39. Γυναιμανές. Per ſyncopen pro γυναικομανές. Græcis omne vehemens & intemperans deſiderium alicujus rei μανία dicitur, unde ambitioſi & gloriæ cupidi δοξομανεῖς. Sic γυναικομανεῖς. ὀρνιθομανεῖς. ὀψομανεῖς. χρυσομανεῖς. Οὐκ ἀλλοτρίως τῆς μανίας κειμένης αὐτοῖς ὡς ἁμαρτάνουσι μανικῶς καὶ τῆς ἀληθείας ἐπὶ πλεῖον ἀπαρτωμένοις. (Malè vulgò legitur ἀπαρτώμενοι.) Athen. lib. 11. cap. 3.

Verſ. 40. Ἄγονος τ' ἔμεναι. Ἄγονος frequentiùs ſterilis. Raro id ſignificat, quod hoc loco, non natus. Τε bis hic disjunctivum pro ἤ.

Verſ. 42. Ἐπόψιον ἄλλων Scholiaſt. anonym. Euſtath. & Etym. legunt ὑπόψιον. *i.* contemptum ſpretumque ab omnibus, quem omnes odio habent. Ad hunc ſenſum, Ὃν ἄλλοι ὑποβλέπουσι καὶ ὑπόδρα ὁρῶντες διὰ τὸ μῖσος. At verò ii qui ἐπόψιον legunt, exponunt ſpectabilem, non ob

bonum aliquod, sed τὸν ἐν ὄψεσι πάντων ἀσχημόνως φυγόντα.

Vers. 54. Οὐκ ἄν τοι χραίσμῃ κίθαρις. Horat. lib. 1. Carm. Od. 15.

Nequicquam Veneris præsidio ferox
Pectes cæsariem : gratáque fœminis
Imbelli cithara carmina divides.

Vers. 83. Στεῦται. ὑπισχεῖται. Nam promittere aliquis potest tam gestu quàm ore. Primarium ejus verbum Eust. vult esse στέω. στέομαι, στέεται. Pleonasmo τοῦ υ στεύεται, per syncopen στεῦται. Nonnunquam est ἵστατο, ut Ulyss. λ. 584. Et in compositione reperitur, ὑπέσταν promiserunt. Il. β. 286.

Οὐδέ τοι ἐκτελέουσιν ὑπόσχεσιν, ἥνπερ ὑπέσταν. i. ὑπέστησαν.

Et Il. ε. 715. ὑπέστημεν, eodem sensu. Ionicum est verbum, & transfertur ab iis quæ ponderi subjacent : quia qui aliquid pollicitus est, se oneri quasi subjecit, substat ponderi, sic apud Herod. in Thalia. Ὦ Πέρσαι, τίς ἂν μοι τοῦτο ὑμέων ὑποστὰς ἐπιτελήσειε σοφίῃ τε καὶ μὴ βίῃ καὶ ὁμίλῳ.

Vers. 103. Ἕτερον λευκὸν, ἑτέραν δὲ μέλαιναν. Masculum album Soli, fœminam nigram Terræ. Solebant Diis superis & Diis felicibus albis pecudibus ; Diis inferis, (in quibus Terra erat habita) et Diis noxiis, nigris rem divinam facere. Ovid. Met. lib. 7. fab. 2.

Medea Hecate

Sacra facit, cultrósque in guttura velleris atri
Conjicit. ——

Et

Et Æn. 6. 135. Sibylla Æneam ad inferos descensurum ita monet.

Duc nigras pecudes: ea prima piacula sunto.

Et Æn 9. 627. Ascanius Jovi.

Statuam ante aras aurata fronte juvencum
Candentem. ——

Et Æn. 3. 120.

—— Mactavit
Nigram hyemi pecudem, Zephyris felicibus albam.

Diis masculos, Deabus fœminas mactabant: Æneas Junoni suem: Æn. 8. 84. Et Il. κ. 292. Diomedes Minervæ. Juvencam vovet jugum non passam, &c.

Vers. 104. Διῒ δ' ἡμεῖς οἴσομεν ἄλλον. ι. ἡμεῖς ξένοι Διῒ ξενίῳ.

Vers. 106. Ὑπερφίαλοι. Hic fœdifragi, *viz.* οἱ ὑπερβαίνοντες τὰς ἱερὰς τῶν ὅρκων φιάλας. Nonnunquam ὑπερήφανοι, ut Ulyss. ι. 106. Cyclopes dicuntur ὑπερφίαλοι, qui nullum jus vel fœdus norunt. Eust. tamen dicit eo loci non esse pro vituperio, sed significare μεγάλους, & denotare corporis magnitudinem, ut ὑπερφιάλως, μεγάλως. Ulyss ρ. 481. ὑπερφιάλως νεμέσησαν. ι. valde, & passim alibi. Et Suidas nonnunquã encomii gratia dici ait, ut ὑπερφιάλοισι μεθ' ἡμῖν δαίνυσθαι (legendum μεθ' ὑμῖν, ut & apud Hom. Ulyss. 2. 310. unde illud sumpsit.) ι. τοῖς ἀγαθοῖς, inquit ille. Rectiùs, opinor, alii παροίνοις. Nam qui ad ebrietatem solent bibere ὑπερφίαλοι dicuntur, ἐκ μεταφορᾶς τῶν μεγάλων φιαλῶν, ἢ τῶν ὑπὲρ τὸ δέον χρωμένων τῇ συμποτικῇ φιάλῃ.

Verſ. 125. Ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινεν. Apud antiquos peritiam texendi pro magno habitam fuiſſe ornamento vel in reginis, notius eſt quàm ut probari debeat, ideo cum eximii alicujus operis fit mentio, vel de regina ſubjicitur quòd ipſa fecerat. Ulyſs. η. 2:4. Ulyſs. ο. 105. Virg. Æn. 4. 262. &c. Et textrices peritiſſimæ hiſtorias telis intertexentes deſcribuntur à poetis. Sic Ovid. de Pallade & Arachne, Metam. lib. 6. fab. 1. Sed perge, & obſerva ſyntaxin. Μέγαν ἱστὸν ὕφαινε, δίπλακα μαρμαρέην. Neque enim δίπλαξ eſt ſubſtantivum fœminini generis, ut cum eo conſentiat μαρμαρέην, ſed adjectivum, & reperitur conjunctum ſubſtantivo maſculino. Il. ψ. 243. δίπλακι δημῷ. Hic ergo intelligitur χλαῖναν. ſicut Ulyſs. τ. 241. Ita exprimit quid fuerit iſta tela. viz. χλαῖνα δίπλαξ μαρμαρέη.

Verſ. 135 Ἀσπίσι κεκλιμέναι. Hyperbaton frequens. ἕαται. i. ἧνται σιγῇ, ἀσπίσι κεκλιμένοι, πόλεμος δὲ, &c.

Verſ. 151. Τεττίγεσσιν ἐοικότες. Duo ſunt genera cicadarum, alterum minus humi degens, ſine alis, mutum, aut non multum canens: alterum majus, alatum, arboribus inſidens, muſicum. Majores quidam ἀχέτας vocant, minores τεττιγόνια. Ariſt. de Hiſt. Anim. lib. 5. cap. 30. Aelianus de animal. lib. 12. cap. 6. de cicadis. Τὸ γάρ τοι ζῶον τὸ πάμβορον τοῦτο, οὐδὲ ὑμῶν φείδεται, ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς ταρίχους ἐργάσασθαι τολμῶσι, καὶ σφᾶς αὐτοὺς λελήθασι ταῖς Μούσαις ταῖς Διὸς θυγατράσι ταῦτα ἀπὸ θυμοῦ δρῶντες.

Verſ. 152. Ὄπα λειριόεσσαν. Heſych. λειριόεντα, ἁπαλά i. tenera, quam expoſitionem libentiùs amplector, ut huc transferam, quàm eam quæ ſequitur, ὄπα λειριόεσσαν, προσηνῆ, ἡδεῖαν. Non eſt cicadarum vox ſuavis, ſed debilis, tenera, exilis, adeóque ob id iis aptè comparantur

rantur ſenes, quorum gracilis & languida vox eſt.

Verſ. 173. Ἀδεῖν. Pro ἡδεῖν, aor. ſec. act. ab ἥδω. η denſo in a breve tenue mutato.

Verſ. 211. Ἄμφω δ' ἑζομένω. pro ἀμφοῖν ἑζομένοιν. ſyntaxeos figura non ſemel reperta apud Homerum, ut nominativus dualis abſolutè ponatur. Il. κ. 224.

Συὼ δὲ δύ' ἐρχομένω καί τε πρὸ τοῦ ἐνόησεν
Ὅππως κέρδος ἔῃ.

Et Ulyſs. μ. 73.

Οἱ δὲ δύο σκόπελοι, ὃ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει
Ὀξείῃ κορυφῇ. &c.

Verſ. 217. Στάσκεν, ὑπαὶ δ' ἰδέσκεν. Ovid. de eodem Ulyſs. Met. lib. 13. fab. 1.

Aſtitit, atque oculos paulum tellure moratos
Suſtulit.——

Verſ. 220. Ζάκοτον. Admodum iratum. Ζα eſt particula intenſiva. κότος quid ſit, dictum eſt ſupra. Il. α. verſ. 1. Non bene vertitur iracundum, aut furioſum : cum iracundia denotet facilem naturæ propenſionem ad iram : furor importunam iſtam rabiem, quæ videtur in quibuſdam, qui mentis ſunt impotes. κότος autem eſt quieta & celata ira. Ζάκοτος is qui iram tegit, & dum vindictam cogitat obtutu tacito ſtat, & triſti vultu.

Verſ. 222. Ἄφρονά θ' αὔτως. Euſt. legit ἄφρονά τ' αὔτως : atque illud ſæpe repetit, debere αὔτως ſcribi cum levi, & illud in argumentum ducit, quod Ulyſs.

ξ. 151. ante αυτως in omnibus exemplaribus reperiatur ȣκ cum κ. significat autem αὔτως, ὡς ἔτυχε, μάτην seu ματαίως, ut sors tulit, temere. Ac si diceret, temere. *i.* primo visu dicere esse hominem qui ingentem iram celaret. Nam τε esse nonnunquam disjunctivum ostensum est vers. 40.

Vers. 260. Α'τὰρ κήρυκες, &c. Observa veteres Græcorum ritus in fœdere feriendo. Coactis sacrificiis, & misto utriusque partis vino ad significandam concordiam utriusque exercitus, κήρυκες affundebant aquam regum aut imperatorum manibus. Tum ipse Agamemnon ab agnorum frontibus pilos abscindebat, & heroibus utriusque partis per κήρυκας distribuebat in signum execrationis in ejus caput qui fœdus violaret, leges pacis nominabat; tum pecudes mactabat. Κήρυκες deinde vinum in terram effundebant, & unanimo consensu utraque pars eum diris devovebat qui fœdera frangeret. Agnos quidem mactabant, non comburebant (ut patet vers. 310. Ubi dicitur Priamus eos curru ad urbem reportasse) sed vel in terram defodiebant, vel in mare projiciebant. Nam ingens habebatur piaculum quicquam ex illis gustare.

Virg. ad hujus imitationem Romanum morem fœderis feriendi optime describit. Æn. 12. 169. &c.

Vers. 276. Ζεῦ πάτερ. Virg. Æn. 12. 176. Esto nunc &c.——

Vers 370. Α'μφὶ δ' ἄρ, &c. Virg. Æn. 12. 732. At perfidus ensis. &c.

Vers. 392. Κάλλεϊ τε στίλβων. *i.* ungento. Homerus ex omnibus heroibus solum Paridem unguento delibutum introducit. Athen. lib. 1. cap. 15. Ο'μηρ☉ τὴν τȣ̃ μύρȣ φύσιν εἰδὼς ȣ̓κ εἰσήγαγε μύροις ἀλειφομένȣς τȣ̀ς

τοὺς ἥρωας πλὴν τὸν Πάριν, ἐν οἷς φησὶ κάλλει στίλβων· Et hanc expositionem confirmat ex alio Homeri loco. Ulyss. σ. 192.

Κάλλεϊ μὲν οἱ πρῶτα προσώπατα καλὰ κάθηρεν
Α'βροσίῳ, οἵῳ περ ἐϋστέφανος Κυθέρεια
Χρίεται, εὖτ' ἂν ἴῃ χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα.


In quem locum vide, si placet Eustathium. Hesychius, quoque, κάλλος, τὸ τῆς Αφροδίτης μύρον.

Vers. 440. Παρ. γὰρ θεοὶ, &c. Virg. Æn. 9. 136. Sunt & mihi contra, &c.



Γ'ΑΙΑ'Δ.






Ι'ΛΙΑ'Δ. Δ'.

Vocatur hic liber Ἐπιπώλησις, quia Agamemnon in eo ἐπιπωλεῖται σίχας ἀνδρῶν.

Verſ. 7.



Οἱαὶ μὲν Μενελάῳ. Scoptice deridet Junonis & Minervæ ſupinam negligentiam, quod Menelao Paridem a Venere ſurripi paſsæ ſint.

Verſ. 22. Ἀκέων. Hic adverbialiter uſurpatur, alibi participialiter. Il. α. 565. 569. ἀκέουσα. Et Ulyſs. ξ. 195.

Verſ. 36. Ἐξακέσαιο. Sanaveris. ἄκος medela: Eſt enim ira morbus quidam.

Verſ. 67. Ὑπὲρ ὅρκια. κ. ὑπόρκια. Ὑπὲρ contra. Sic ὑπὲρ αἶσαν, contra decorum. Il. γ. 59. Ubi opponitur τῷ κατ' αἶσαν. i. juxta, ſecundum.

Verſ.

Verſ. 101. Λυκηγϛυέϊ. Pro Λυκηγϛυέϊ. Multi exponunt in Lycia nato, perperam nisi fallor: Nam Apollo non erat in Lycia natus. Ideo ſatis duxi exponere Λυκηγϛυέϊ Lycio: nam id tantum denotare arbitror quod Λύκιος Απόλλων, qui ita nominabatur a Lycia minore, quòd ibi præcipuè verſari credebatur ob eximium cultum, quem ibidem ſortiebatur. Unde Glaucus Il. π. 515. Sic precatur.

Κλῦθι ἄναξ, ὅς πȣ Λυκίης ἐν πίονι δήμῳ
Εἰς, ἢ ἐνὶ Τροίῃ.

In quem locum Euſtath. Τὸ ἐν Λυκίᾳ νῦν τὸν Απόλλωνα τυχὸν διαβίβειν καὶ ἐξαίρετον ἔφη. ὡς τȣ Απόλλωνος ἐκεῖ μάλιστα διαφερόντως τιμωμένȣ, κἀντεῦθεν λαχόντος τὴν τȣ Λυκηγϛυȣ̃ς κλῆσιν. Heraclides Ponticus aliam eſſe hujus nominis rationem ſcribit. Ejus verba hæc ſunt. Λυκηγϛυέτην ᾗ προσηγόρευσεν αὐτὸν, ȣ̓χ ὡς ἐν Λυκίᾳ γεγϛυνημένον· ἔξω γὰρ ȣ̓ν τῆς Ὁμηρικῆς ἀναγνώσεως ȣ̓τος νεώτερος μῦθος, ἀλλ᾽ ὥσπερ οἶμαι τὴν ἡμέραν ἠελγϛυῖαν ὀνομάζει τὴν τὸ ἦρ γϛυνῶσαν, ὅπερ ἐστὶν ὄρθρον, ȣ̓τω Λυκηγϛυȣ̃ προσηγόρευσε τὸν ἥλιον ἐπειδὴ τȣ̃ κατὰ τὸ ὄρθειον ὥραν λυκαυγȣ̃ς αὐτός ὅζιν αἴτιος. ἢ ὅτι λυκάβαντα γϛυνᾶ τȣτέστι τὸν ἐνιαυτόν. Ei accedit Macrobius. Saturnal. lib. 1. Priſci Græcorum, inquit ille, primam lucem, quæ præcedit Solis exortus, λύκην appellaverunt, ἀπὸ τȣ̃ λευκȣ̃, id eſt, temporis: hodiéque Lycophos cognominant. De quo tempore ita poeta ſcribit. Il. η. 433. Ἦμος δ' ȣ̓τ' ἄρ πω ἠὼς, ἔτι δ' ἀμφιλύκη νύξ. Idem Homerus. Εὔχεο δ' Απόλλωνι Λυκηγϛυέϊ κλυτοτέξῳ. Quod ſignificat τῷ γϛυνῶντι τὴν λύκην. i. qui generat exortu ſuo lucem.

Verſ. 114. Μὴ πρὶν, &c. Et in verſ. 115. πρὶν βλῆσθαι. Frequenter hoc modo duplicatur πρὶν apud Homerum. Ulyſs κ. 384. 385. Et Ulyſs. ν. 192. 163. Videtur

detur autem abundare prius πρὶν, aut secundum πρὶν simpliciter pro quàm poni. Sic Virgilius dixit prius ante, eodem prorsus modo, nisi quod post antè posuit quàm Æn. 4. 24. 27.

Sed mihi vel tellus optem priùs ima dehiscat
Antè, pudor, quàm te violem.

Vers. 122. Ἕλκε δ' ὁμοῦ. Νευρὰ hic propriè est nervus quo arcus intenditur, a νεῦρον, quod & ipsum pro eodem usurpatur, quia solebant veteres è boum nervis artificio quodam ad id paratis arcuum nervos conficere. Est & νεῦρον nervus quo alligabatur ferrum calamo seu ligno sagittæ. Infra vers. 151. Virg. Æn. 11. 858. Hos versus vertit.

Dixit & aurata, &c. ———

Vers. 141. Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα. Virg. Æn. 12. 67. Indum sanguineo.

Vers. 143. Ἐν θαλάμῳ. Qui post Homerum scripserunt plerique hoc vocabulo utuntur pro nuptæ cubiculo tantùm, aut ea parte domus in qua degebant mulieres, quæ proprio vocabulo γυναικὼν & γυναικωνῖτις vocabatur. Homerus tamen quemvis interiorem domus recessum vocat θάλαμον sive viris, sive fœminis, sive cubando, sive κειμήλια reponendo destinatum Ulyss. β. 337. Alicubi ipse videtur exponere quid sit θάλαμος. Il. ι. 467.

——— Οὐδέ ποτ' ἔσβη
Πῦρ, ἕτερον μὲν ὑπ' αἰθούσῃ εὐερκέος αὐλῆς,
Ἄλλο δ' ἐνὶ προδόμῳ πρόσθεν θαλάμοιο θυράων.

In quem locum Eust. Αἴθουσα, στοὰ περίστυλος ἡλίῳ αἰθομένη. ἧς τὸ μὲν ἐνδότερω πρόδομος. τὸ δὲ ἐνδοτά-

τῷ θάλαμ⊕. Et paſſim alibi docet θάλαμον eſſe ἁπλῶς τ̃ ἐνδοτάτω οἶκον, τ̃ ϗ μυχὸν δόμε. Heſych. quoque Θάλαμ⊕. οἶκ⊕. μυχός.

Verſ. 144. Ἄγαλμα. Homero eſt καλλώπισμα πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται ϗ χαίρει. Qui poſt Homerum fuerunt ſcriptores, hoc vocabulo uſi ſunt, vel ſemper, vel plerunque pro ξόανον. ι. ſtatua.

Verſ. 159. Σπονδαί τ' ἄκρητοι. Ἄκρατ⊕ immiſtus. Non dicuntur σπονδαὶ ἄκρατοι, quia nulla erat in fœderibus vini miſtura (nam commiſceri utriuſque partis vinum oſtenſum eſt ſupra, Il. γ. 260.) Sed quia vinum, quod miſcendum afferebant, purum erat, non dilutum, non aqua miſtum, ad denotandum animi candorem ſimplicitatemque ab omni dolo & fraude liberi.

Verſ. 161. Σύν τε μεγάλῳ ἀπέτισαν. deficit τόκῳ, aut aliquid tale, ſicut Virg. Æn. 10. 503.

Turno tempus erit, magno cum optaverit emptum
Intactum Pallanta. ι. magno pretio. Serv.

Et Æn. 2. 104.

Magno mercentur Atridæ. —

Eſt & hic tempus pro tempore: aoriſtum, quod præteritum denotare debet & ſolet, pro futuro. Quo certitudinem futuræ vindictæ denotare vellet. Hebræis familiaris eſt hæc loquendi forma, præſertim verò ſanctis prophetis, quibus tanquam rerum futurarum ſpectatoribus, adeo certa erant reſponſa, ac ſi jam facta tranſactáque res fuiſſet.

Verſ. 167. Ἐπισσείησιν ἐρεμνὴν αἰγίδα. Virg. Æn. 8. 353. Credunt ſe &c.

Verſ.

Vers 182 Τότε μοι χάνοι. Virg. Æn. 2. 24.

Sed mihi vel tellus, &c.

Vers. 242. Ἀργεῖοι ἰόμωροι. Varias expositiones pro variis etymologiis habent lexica. Unam aut alteram proponam quas illi non habent, & mihi tamen probabiles videntur. Derivo ab ἰὸς sagitta, & μωρὸς, quod significat ἄφρων, vel μάταιος, vel κεχηνώς. Nam & de stultis plerumque observatur quod hiantes stent. Ut est apud Aristoph. in Ranis.

Τέως δ' ἀβελτερώτεροι
Κεχηνότες μαμμάκυθοι
Μελιτίδαι κάθηνται.

Itaque ἰομώρους expono milites fatuos, inanes, supinos, qui armis inhiant, nihil agunt aliud. Et certè ἰόμωρος nunquam reperitur apud Homerum, nisi ob dedecus. Ad ἐγχεσίμωρος quod attinet, sit certè aut ὁ περὶ τὰ ἔγχη μεμορημένος. i. κάμνων, vel ab ἔγχος & ὤρα, cura. Nil moror.

Vers. 242 Οὔ νυ σέβεσθε! i. οὐκ ἐντρέπεσθε! Non pudet vos? Unde & σέβας, pudor. Il. σ. 178.

—— σέβας δέ σε θυμὸν ἱκέσθω.

Vers. 253. Συῒ ἴκελος ἀλκήν. Ferox impetus per aprum indicatur agrestem, qui quidem ipsos venatores non refugit, sed ultro pugnam capessit. Unde apud Aristoph. nonnulli per τὴν ὗν, iram ferocem intelligunt, quum in Lysistrate chorus mulierum dicit,

Εἰ νὴ τὼ θεὼ μὲ ζωπυρήσεις
Λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὗν ἐγὼ δή.

In

In quem locum Bisetus. Νὴ τὼ θεὼ εἰ μὲ ἐρεθίσῃς, καὶ πρὸς ὀργὴν κινήσῃς, ἐγὼ τὴν ὕβριν ταύτην αὐτῇ σήμερον ἐκδικήσω, καὶ δεινῶς σε τιμωρήσω πᾶσαν χολὴν κατὰ σοῦ χέουσα καὶ τὴν ἐμὴν ὀργὴν ὡς ὗν ἄγριον καὶ δεινὸν θηρίον λύσω, καὶ σοὶ ἐπαφήσω. fortasse respexit comicus ad proverbium, Ὗν ὀρίνειν.

Nonnullos per aprum robur corporis interpretari scribit Pierius Valerianus in Hieroglyphicis; per leonem animi vim (unde magnanimi θυμολέοντες appellantur) ideo Adınetum aiunt leonem & aprum junxisse, quò corporis & animi virtutes copulâsse videri posset.

Vers. 259. Ἠδ' ἐν δαιθ' ὅτε, &c. De δαῖς dictum est Il. α. 468. Ubi quod de æqualibus portionibus dicitur, intelligendum est de iis quibus æqualem honorem haberi vellent, at quos cæteris honorari magis vellent iis majorem cibi & vini portionem apposuerunt hoc est quod hic memorat Agamemnon.

Neque non observandus Ægyptiorum antiquus mos in hac ferculorum divisione, qua de re certior fias legendo cap. 43. Geneseos. vers. 32. 33 34.

Vers. 259. Γερούσιον οἶνον. Non vinum vetustum; Sed τὸ τοῖς γέρουσι παρεσκευασμένον, vide infra, vers. 344.

Vers. 307. Ἔγχει ὀρεξάσθω. i. ἔγχος τεινάτω, sicut χειρὶ ὀρεξάσθω, χεῖρα ἐκτεινάτω. Est autem ἔγχος τείνειν pro hastâ pugnare. Itaque sensus hujus loci potest esse, si quis proprio curru excussus ad socii currum veniat, pugnet ille ab eo, equos regere ne moliatur, ne imperitiâ naturæ aut consuetudinis eorum plus afferat damni quàm auxilii. Sic pactum est inter Pandarum & Æneam. Il. ε. 230. &c.

Vers. 344. Ὁππότε δαῖτα γέρουσιν. Hinc colligit Eust. convivia sæpe communi sumptu heroibus apparari.

Γέρον-

Γέροντες hic non senes significat, sed simpliciter ἐντίμους. viros honorabiles, ut sæpe apud Homerum.


Vers. 363. Μεταμώλια. Id quod μεταμώνια, & pro eo dictum, verso ν in λ Atticè, ut observat Eust. Dicitur autem μεταμώνιον παρὰ τὸ μὴ ὀνεῖν. ut significet inane, quod nihil affert commodi.

Vers. 442. Ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα. Virg. Æn. 4. 176. Parva metu primo, &c.

Vers. 452. Ὡς δ' ὅτε χείμαρροι. Virg. Æn. 2. 305. Aut rapidus, &c.

ΙΛΙΑΔ





Ι'ΛΙΑ'Δ. Ε'.

Verſ. 4.



Αἴε οἱ ἐκ κόρυθ☉. Sic habent omnia exemplaria quæ conſului, non δαῖεν οἱ. verſ. 7. πῦρ δαῖεν ἀπὸ, &c. cum ν eodem ſenſu. Quidam itaque δὲ excidiſſe putarunt, ac ſi ſcriberetur δαῖε δ᾽ οἱ. Alii δαῖε per apocopen pro δαίετο, & ideo per ν ſcribi non debere. Non hoc poeta dicit, ac ſi revera ignis arderet a galea & clypeo Diomedis, ſed fortaſſe ob apparentiam quandam ignis, quæ profluxit a ſplendore armorum ; quemadmodum Alexandro magno contigiſſe ferunt: Quum eſſet oppreſſus hoſtium turmis, tantus ab armis emicuit ſplendor, ut perterriti Barbari, eum jubar aliquod præ ſe ferre, aut numine ſtipatum eſſe arbitrarentur. Itaque inſulſè hìc Zoïlus Epheſius cavillatur, ac ſi neceſſe eſſet ipſum Diomedem hoc igne comburi. Servii Tulii caput flammæ ſpecies amplexa eſt,

ſed innocuæ. Plin. ſec. Tiberii equus ſcintillas evomuit, omine futuræ Tiberio dignitatis feliciſſimo, ut refert Euſtath. Hujuſmodi multa poſſent proferri. Sed Homerum arbitror hoc omine velle Minervæ præſens auxilium indicare. Solent poetæ hujuſmodi portentis, aut regiam dignitatem portendere, ut Æn. 2. 682. De Iulo Ecce autem, &c. Aut felicitatē iis a quibus micat ignis, hoſtibus calamitatem ominari. Sic Virg. Æn. 10. 269.

Ardet apex capiti —— De Ænea.

Et verſ. 277.

Haud tamen audaci Turno fiducia ceſſit.

Verſ. 6. Λελουμένος ὠκεανοῖο. deficit ὑπὸ, in. Virg. Æn. 8. 189. Qualis ubi, &c.

Verſ. 31. Ἆρες Ἄρες. Vide Il. α. verſ. 4. Ixion Grammaticus ſecundum gravem facit ἀρὲς, & exponit, βλαπτικέ. Euſt.

Verſ. 83. Πορφύρεος θάνατος. ι. μέλας. vel ὁ δι' αἵματος θάνατος, ſicut ipſe αἷμα πορφύρεον vocat. Il. ρ. 361. Et Virg. Æn. 9. 349. Purpuream vomit ille animam: nam e veteribus multi ſanguinem eſſe animam vitamque crediderunt.

Verſ. 113. Αἷμα δ' ἀνηκόντιζεν. Herodotus quoque hoc modo uſus eſt eodem vocabulo in Melpomene. Ἐν κορυφῇσιν ἑκάστου τῶν κολωνῶν ἀνακοντίζει ἐκ μέσου τοῦ ἁλὸς ὕδωρ ψυχρὸν καὶ γλυκύ. Ponitur autem vel pro ἀνηκοντίζετο, vel ſubintelligitur ἑαυτὸ, κατ' ἀντιπάθειαν. Ovidius, uſus verbo jaculatus de eadem re, ſic ſe expreſſit. Met. lib 6. fab. 3.

Expulit hanc ſanguis, qui ſe jaculatus in altum
Emicat. ——

Et

Et ejusdem operis, lib. 4. fab. 4.

——Cruor emicat altè,
Non aliter quàm quum vitiato fistula plumbo
Scinditur, & tenui stridente foramine longas
Ejaculatur aquas.

Verf. 113. Στρεπτοῖο χιτῶνος. Στρεπτὸς per se est κόσμος περιδέραιος nimirum torques, catenula. Unde στρεπτὸς χιτών, tunica catenata, i. in morem catenæ facta. *A coat of male.* Periphrasis est lorciæ, in qua annuli ita sibi invicem connectuntur ut in catena.

Hesych. Στρεπτοῖο χιτῶνος τοῦ ἁλυσιδωτοῦ θώρακος.

Verf. 140. Τὰ δ' ἔρημα φοβεῖται. Talis figura syntaxeos qualis notatur, Il. α. 53. Præcesserat εἰροπόκοις οἴεσσι. subsequitur αἱ μὲν τ' ἀγχηστῖναι, & esse hic deberet αὐταὶ δ' ἔρημαι φοβοῦνται. Sed retulit ad aliud intellectum, viz. ποιμνία, vel μῆλα, vel θρέμματα.

Verf. 158. Χηρωσταὶ δὲ διὰ κτῆσιν. Julius Pollux. Ἡ δὲ μονωθεῖσα ἀπ' ἀνδρὸς χήρα. καὶ ὁ μονωθεὶς ἀπὸ γυναικὸς χῆρος. ὅθεν καὶ χηρωταὶ, οἱ τῷ ἐρήμῳ γένει προσήκοντες. i. qui generi deserto in hæreditate succedunt, χηρωταί. Nam in χηρωσταὶ est pleonasmus, τοῦ σ. Eust. δοκεῖ δὲ καὶ ὁ χηρωστὴς πλεονασμὸν ἔχει τοῦ σ. περὶ τοῦ τ εἴπερ ἐκ τῆ χηρῶ χηρώσω γίγνεται. Videtur moris fuisse ut affines in possessionem bonorum ejus venirent, & inter se partirentur, qui liberos non habebat quibus relinqueret: Unde & χηρωστὴν simpliciter significare ἀγχιστὴν scribunt nonnulli. Eustath. κυρίως μέντοι χήρα γυνὴ ἡ μετὰ θάνατον ἀνδρὸς, ἢ καὶ γάμου διάλυσιν μηδενὶ συνοικοῦσα. οὕτω δὲ καὶ χῆρος ἀνὴρ ὁ μηκέτι γυναῖκα ἔχων, ὡς ὁ γραμματικὸς Ἀριστοφάνης φησὶ, λέγων καὶ ὡς χηρωστὴς, ὁ ἀγχιστής. Sed idem Eust. aliam affert expositio-

nem τῶ χηρωςαί. Quòd fuerunt magistratus quidam in civitatibus qui curam gerebant orphanorum, alio nomine ὀρφανιςαὶ dicti, qui etiam eorum bona, qui sine hæredibus moriebantur, administrabant, puta vel in usum civitatis, vel cognatorum mortui, vel ad indigentiam pauperum. Non admodum absimilis erat tutelaris magistratus apud Romanos. Eustathii verba hæc sunt. Ἦν δὲ τάγμα ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ χηρωςαὶ διοικῦν τοὺς ἀκληρονομήτυς, ἤγυν τοὺς χηρέυοντας διαδόχων· ἢ καὶ ὧν αἱ γυναῖκες ἔμελλον χῆραι καὶ τῶν ἀποθνησκόντων δεόμεναι, οἵτινες κατὰ λόγον ἄλλον καὶ ὀρφανιςαὶ ἐκαλῦντο, ὡς ὀρφανῶν ὑπεριςάμενοι.

Vers. 190. Ἐγώ γ' ἐφάμην. φάσθαι in hujusmodi locis non tam est dicere, quàm polliceri sibi se hoc vel illud facturum.

Vers. 199. Καὶ ἅρμασιν ἐμβεβαῶτα. aliquo casu irrepsit error in pleraque exemplaria, ut hoc loco habeant ἐμμεμαῶτα. At Scholiastes Anonymus legit ἐμβεβαῶτα, & utraque Homeri editio cum Eustathio ita habet, omnesque translationes illud sequuntur, licèt in græco textu reperiatur ἐμμεμαῶτα.

Vers. 302. Ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρί. Virg. Æn. 12, 896. Saxum circumspicit, &c. ----

Vers. 315. Πρόσθε δέ οἱ πέπλοιο. Πέπλος Est amictus muliebris, tenuis, longus, &c. De quo sic Eustath. in vers. 292. Ulyss. σ. Δοκεῖ δὲ μάλιςα γυναικεῖον ἱμάτιον εἶναι ὁ πέπλος κατὰ τὰ Δωρικὰ χιτῶνι ἀπὸ μόνα τὰ ἔμπροσθεν, καὶ διὰ τῦτο περόνας ἔθελον πολλάς. Et in Il. ε. v. 734. ἔςι δὲ πέπλος, καὶ ἐνταῦθα γυναικεῖος χιτὼν, ὃν ἐκ ἐνεδύοντο, ἀλλ' ἐπερονῶντο. De istis Doricis vestibus & fibulis, quarum priore loco mentionem facit Eust. lege Herodotum in Terpsichore pag. 201, Edit. Steph. ubi Athenienfem

thenienſem quendam, qui ſolus ex omnibus e clade communi evaſerat, ab Athenienſibus fœminis veſtium fibulis acuminatis conte&tum refert. Ex quo facilè intelligitur feſtivitas ſcommatis, quod Pallas in Venerem conjicit infra, verſ. 424. 425.

Τῶν τινα καῤῥέζουσα Α'χαιϊάδων εὐπέπλων
Πρὸς χρυσῇ περόνῃ καταμύξατο χεῖρα ἀραιήν.

Epithetum τοῦ πέπλου est ἑανός. Unde & ἑανὸς ſubſtantivè ſæpe ponitur pro πέπλου. Il. ε 734.

Πέπλον μὲν κατέχευεν ἑανὸν πατρὸς ἐν οὔδει.

Et Il. φ. 507.

Α'μφὶ δ' ἄρ' ἀμβρόσιος ἑανὸς τρέμε.

Quem in locum Euſt. Ο'ρα κἀνταῦθα ἀμβρόσιος ἑανὸς ἤτοι ἀμβρόσιος πέπλος, τοῦ ἐπιθέτου ληφθέντος ἀντὶ ὑποκειμένου, πέπλου γὰρ ἐπίθετον κυρίως ὁ ἑανός. Pollux lib. 7. cap. 13. Ε'νιοι δὲ φασὶ τὰ μὲν ἄνευ ποικιλμάτων ἐσθήματα ἑανοὺς καλεῖσθαι, τὰ δὲ σὺν ποικίλμασι πέπλους. Idem etiam eodem capite docet πέπλον nonnunquam dici de amictu virili, & Euſt. in verſ. 42. Il. ζ. Sunt & πέπλοι vela pilentorum, quæ ſolent vectoribus obtendi ad tutandum eos a pulvere. Il. ε. 194.

——— Α'μφὶ δὲ πέπλοι
πέπτανται.

Quin & πέπλος propriè dicebatur velum Panathenaicæ navis quam Athenienſes quinto quoque anno Minervæ inſtruebant ſacram. Vide Suid. in voce πέπλος.

Verſ. 329. Αἶψα δὲ Τυδείδην, &c. Vel ἀντίπτωσις eſt

est in hoc versu, pro κρατερώνυξιν ἵπποις. Vel deest, præpositio aliqua, ut in illis Polybii.

Νικήσας τοὺς Ἀθηναίους τὴν ἐν χαιρωνείᾳ μάχην.

Vers. 338. Ἀμβροσίου διὰ πέπλου. Peplum Veneris ἀμβρόσιον dici arbitror nullam aliam ob causam quam ob redolentiam. Ἀμβροσία nonnunquam est fragrans & suave-olens unguentum Ulyss. δ. 445.

Αμβροσίην ὑπὸ ῥῖνα ἑκάστῳ θῆκε φέρουσα
Ἡδὺ μάλα πνείουσαν.

Eust. νῦν οὐ θρεπτικόν, ἀλλ' εὐῶδές τι ἡ τοιαύτη ἀμβροσία. Et Il. π. 670. χρίσον τ' ἀμβροσίῃ. Et Lucretius nectar pro odore suavissimo usurpavit pag. 62. vers. 22. Virgil. eodem sensu, Æn. 1. 407.

Ambrosiæque comæ divinum vertice odorem
Spiravere. ——

Vers. 357. Γνὺξ ἐριποῦσα κασιγνήτοιο. Γνὺξ adverbium significans ἐπὶ vel εἰς τὰ γόνατα. Itaque genitivum κασιγνήτοιο regitur a γνὺξ virtute significationis. Resolve γνὺξ, & erit aperta syntaxis. Ἡ δὲ εἰς γόνατα ἐριποῦσα κασιγνήτοιο.

Vers. 372. Μητρὸς ἑῆς. Alia ergo apud Homerum Veneris generatio, quàm quæ apud Hesiodium.

Vers. 385. Τλῆ μὲν Ἄρης. Allegoria hujus fabulæ hæc esse potest, quòd Otus & Ephialtes viri erant prudentes & pacifici, qui ab omni tumultus bellíque occasione abhorrebant : nam ubi pacata sunt omnia, ibi Mars vinciri dicitur. Sic virgilius pacata describens Augusti tempora Furorem vinctum catenis fingit. Æn. 1. 295.

Aspera

Aspera tum positis mitescent sæcula bellis :
Cana Fides & Vesta, Remo cum fratre Quirinus
Jura dabunt : diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ : Furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremit horridus ore cruento.

De cæteris quidem difficile est aut invenire aut excogitare allegorias quæ aliquam speciem probabilitatis præ se ferant : Adeo ut Aristarchus existimaverit nihil in his contineri, nisi quod ipsa verborum facies præ se ferat.

Vers. 416. Ἀπ' ἰχῶ χειρὸς ὀμόργνυ· ἰχῶ pro ἰχῶρα, ut δῶ pro δῶμα, ἱδρῶ pro ἱδρῶτα, per apocopen. At verò nova est apocope, & vix alibi apud Homerum reperienda, quæ ultimam tantum literam abscindit, adeo ut ἰχῶρ scribatur, ut hoc in loco pleraque habent exemplaria, sed ideo fugienda talis apocope, quod sono coincidit cum nominativo ἰχῶρ, tum etiam quod vix aut ne vix quidem reperiatur alibi ejusmodi apocope, tum denno hoc in versu presertim, quia multitudine τῶν ρ asperitate sua aures offenderet.

Vers. 449. Αὐτὰρ ὁ εἴδωλον. Virg. Æn. 10. 636.

Tum Dea nube cava.——

Vers. 453. Λαισήϊά τε πτερόεντα. Λαισήϊον erat sculuti genus parvi & levis (ideóque πτέροεν nominatur) sic dictum quòd τῇ λαιᾷ ἐδύνατο βαστάζεσθαι Erat crudis caprorum pellibus obductum, quibus pili adhuc inhærebant, unde aliqui a λάσιος derivarunt. Eust. οἱ δὲ λάσιον ἐτυμολογοῦσιν αὐτὸ [λαισήϊον] φάσκοντες εἶναι ἐκ τετριχωμένων δερμάτων ἀνεργάστων. Et quidem Barbaris non Græcis usurpatum. Etymol. λαισήϊα, μικρὰ ἀσπιδίσκια ἀμοβύρσια ἐστι, δὲ βαρβαρικὸν ὅπλον.

Verſ. 502. Ἀχυρμιαί. οἱ τόποι εἰς οὓς τὰ ἄχυρα ἀποφέρεται λικμώμενα. Ideo verto palearum receptacula potiùs quàm acervi.

Verſ. 505. Ὑπὸ δ' ἔστρεφον ἡνιοχῆες. vel pro ἐστράφησαν, vel intelligitur ἑαυτοὺς· κατ' ἀντιπάθειαν.

Verſ. 560. Ἐοικότες. Præceſſerat dualis, verſ. 548. Διδυμάονε παῖδε. 549. εὖ εἰδότε. 550. τὼ μὲν ἄρ' ἡβήσαντε. Hic tamen ad pluralem tranſit. Homerus nimirum indifferenter utitur duali pro plurali, & plurali pro duali. Il. ν. 313. Αἴαντής τε δύω pro αἴαντε. Il. κ. 228. ἠθελέτην Αἴαντε δύω, θεράποντες Ἄρηος. Il. ν. 47. σφὼ σαώσετε, pro σαώσετον.

Verſ. 613. Πολυκτήμων, πολυλήϊος. Verto dives pecoris, dives agri. Nam licèt κτήματα quaſvis poſſeſſiones ſignificet, tamen quoniam antiquorum poſſeſſiones & divitiæ ex pecoribus conſtabant, ideo peculiari modo κτῆσις ſignificat multitudinem pecudum, aut poſſeſſionem multarum pecudum. Il. ξ. 490.

Υἱὸν Φόρβαντος πολυμήλου τὸν ῥα μάλιστα.
Ἑρμείας Τρώων ἐφίλει καὶ κτῆσιν ὄπασσεν.

Euſt. in eum locum. Ὅτι ἐπιμελῶς ἐκτηνοτρόφουν οἱ παλαιοὶ, καὶ ὡς ἐνταῦθα ἔκειτο αὐτοῖς περιουσιάζεσθαι, καὶ ὅτι παρώνυμον τῇ κτήσει τὸ κτῆνος, καὶ ὡς μέχρις τοῦ νῦν παρὰ πολλοῖς ἡ ἐν ζώοις περιουσία κτήματα λέγεται δῆλόν ἐστι. Idem alibi, ὅτι δὲ καὶ οἱ χωριτικώτεροι τὴν ἄρτι κτήματα φασὶ τὰ τετράποδα οἴδασιν οἱ ὁμιλοῦντες αὐτοῖς. Eodem ſenſu dixit Homerus ἄνδρα πολυπάμμονα. Il. β. 433.

Τρῶες δ' ὥς ὄϊες πολυπάμμονος ἀνδρός.

Πολυπάμμονα τὸν πολυκτήμονα λέγει inquit Euſt. πάματα

ματα γδ Δωριεῦσι τὰ κλήματα, καὶ πάσαιθαι τὸ κλήσαιθαι. Πολυλήϊ© derivo non a λεία, præda, sed λήϊον quod significat χωρίον σιτοφόρον. Il. β. cui contrarium est ἀλήϊος, Il. ι. 125.

Verf. 654. Κλυτοπώλῳ. Frigida mihi videtur expoſitio. Plutoni inclitos equos habenti, malo vertere, Orco omnium illuc adventu celebri, διὰ τὸ κλυτὴν εἶναι πανταχοῦ τῆς γῆς τὴν αὐτοῦ ἐπιπώλησιν, ἤγουν ἔφοδον. Quæ expoſitio optimè quadrat. Horatius Carm. lib. 1. Od. 28.

Omnes una manet nox,
Et calcanda ſemel via lethi.

Verf. 678. Ἄλκανδρόν θ' Ἅλιον, &c. Virg. Æn. 9. 767.

Verf. 698. Κακῶς κεκαφηότα θυμόν. Miſere expirantem animam κάπτω vel κάπω ſpiro. κάψω, κέκαφα. Ab hoc præterito formatur contractum καφέω, καφήσω, κεκάφηκα, κεκαφηκώς, κεκαφηώς, Ionice. A κάπω etiam eſt κάπ© ſpiritus, & κῆπ©, locus bene ſpirans, hortus. Licèt autem κάπω vel κάπτω ſit ſimpliciter ſpiro, ut inquit Euſt. tamen κεκαφηότα θυμὸν, nunquam legitur apud Homerum niſi de expirante, aut expiranti ſimili.

Verf. 741. Ἐν δὲ Γοργείη κεφαλή. Vel ἀπὸ τοῦ ἡ Γοργώ, Γοργόος, Γοργοῦς, fit Γόργει©, Γοργείη. Vel a Γοργών, Γοργόν©, Γοργόνει©, & ſyncopen, Γόργει©, Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου, frequens apud Homerum ſyntaxis, quæ reſolutione poſſeſſivi facilis eſt, & explicata. Ἡ τῆς Γοργόν© κεφαλὴ δεινοῦ πελώρου. Similis eſt Il. β. 54.

Νεστορέῃ παρὰ νηῒ Πυλοιγενέ© βασιλῆ©.

De Gorgonis capite vide Ovid. Met. lib. 4. fab. ult.

Verf.

Verſ. 777. Τοῖσιν δ' ἀμβροσίην. Etiam equi Deorum ambroſia veſcuntur. Sic Ovid. Metam. lib. 2. fab. 1.

——— Ignemque vomentes
Ambroſiæ ſucco ſaturos præſæpibus altis
Quadrupedes ducunt. ———

De ſolis equis. Quod quum ita ſit non eſt mirandum cur Poeta Dearum equos in ripa Simoentis ambroſiâ veſci dicat, cum Simoenta, qui & ipſe Deus fingitur, hanc illis ſuppeditare potuiſſe non ſit negandum.

Verſ. 778. Τρήρωσι πελειάσιν Columbis liviis malo vertere quam timidis columbis. Τρήρων ſubſtantivum eſt: fit quidem ἀπὸ τοῦ τρεῖν, & commune nomen eſt omnibus columbis, quia timida ſunt animalcula. Ab hoc fit πολυτρήρων, columbis abundans. Il. β· 502. Sunt autem columbarum variæ ſpecies, quarum una eſt πέλεια ſeu πελειάς, ſic dicta a πέλος, quia colore prope accedit ad nigredinem. Ariſt. de hiſtor. anim lib 5. cap. 13. Τῶν δὲ περιστερειδῶν τυγχάνει πλείω ὄντα τὰ γένη. ἔστι δὲ ἕτερον πελειὰς καὶ περιστερά. ἐλάττων μὲν οὖν ἡ πελειάς. τιθασσὸν δὲ γίνεται μᾶλλον ἡ περιστερά. ἡ δὲ πελειὰς καὶ μέλαν, καὶ μικρὸν, καὶ ἐρυθρόπουν καὶ ῥαχύπουν. Sic τρήρωσι πελειάσιν ita dicetur ut συσὶ καπρίοισιν & ſimilia. Cum dicit τρήρωσι πελειάσιν ἴθμαθ' ὅμοιαι, intelligit eas ita inceſſiſſe, ut neque audirentur, neque veſtigia ulla poſt ſe relinquerent, quod de liviis fertur. Ἴθματα enim ſunt βήματα, κινήματα, ab εἶμι eo, quaſi ἵματα & pleonaſmo τοῦ θ ἴθματα.

Verſ. 827. Μήτε σύ γ' Ἄρηα τόνδε. Liqueſcit ν in ſcanſione.

Verſ. 831. Τυκτὸν κακόν. Optime Euſtath. τυκτὸν κακὸν, ὡς ὑφ' ἡμῶν αὐτῶν τευχόμενον, καὶ μὴ φύσει ἡμῖν ἐγγινό-

ἐξγινόμενοι. ἡ γὰρ φύσις ἥμερον ἔτευξε ζῶον τὸν ἄνθρωπον.

Vers. 845. Δῦν᾽ Ἄϊδος κυνέην. In proverbium cessit de iis, qui aliquid occultè faciunt. Vide Erasmi adagia.


Vers. 875. Σοὶ πάντες μαχόμεσθα. i. διὰ σέ, propter te, tua culpa. Nam tu, inquit, filiam peperisti, quæ horum omnium malorum est causa. Sic Terent Adelph. Act. 1. Scen. 2.

Si quid peccat Demea
Mihi peccat : ego illi maximam partem feram.



ΙΛΙΑΔ.





Ι'ΛΙΑ'Δ. Ζ'.

Vers. 6.



Ο'ως δ' ἑτάροισιν ἔθηκε. Φῶς hic Schol. anon. optimè exponit χαρὰν, σωτηρίαν. Achivi superiore libro miserè oppressi sunt & fusi Martis furore: Qui autem affliguntur, ii in tenebris esse dicuntur, quasi obnubilati doloribus, cum verò offertur solatium, hoc dolores & miserias dispellit, ut Sol nubes, & quasi illucet eorum animis. Refertæ sunt sacræ literæ hac ipsa metaphora, unde constat Hebræis fuisse receptissimam. Exemplum proferam unum aut alterum. Thren. Cap. 3. Vers. 2. אוֹתִי נָהַג וַיֹּלַךְ חֹשֶׁךְ וְלֹא-אוֹר i. me deduxit & ambulare fecit in tenebris & non in luce. Et Micha, 7. 8. כִּי-אֵשֵׁב כַּחֹשֶׁךְ יְהוָה אוֹר לִי. Cum sedero in tenebris, Jehova lux mihi.

Vers.

Verſ. 117. Ἀμφὶ δὲ μὶν σφυρὰ τύπτε. Magni fuerunt antiquorum clypei, qui totum corpus tegere potuerint, unde et ἀσπὶς ἀμφιβρότη ſæpe dicitur apud Homerum. *i.* περὶ ὅλον τὸ βροτὸν περιέχουσα. vel ἡ ἑκατέρωθεν τὸ βροτὸν σκέπουσα καὶ κρύπτουσα. Quod ex hoc loco patet, quòd Hectorei clypei ſumma circumferentiæ pars cervicem, infima talos verberabat : Eſt enim ἄντυξ in clypeo circumferentia; Erant quippe clypei rotundi, quorum in medio extabat ferrum acuminatum, Græcis ὀμφαλὸς, Latinis umbo dictum. Hic etiam materia clypeorum innoteſcit in δέρμα κελαινόν. tacti ſunt coriis bovinis, uno ſuper alium obducto quinquies aut ſexies, nonnunquam ſepties, ut Ajacis. Il. *η.* 219.

Αἴας δ' ἐγγύθεν ἦλθε φέρων σάκος ἠΰτε πύργον,
Χάλκεον, ἑπταβόειον.

Unde Ovidius Met 13. mox ab initio, eum vocat clypei dominum ſeptemplicis. Homerus. Il. *σ.* 478. ſic exprimit formam clypei.

Ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε
Πάντοσε δαιδάλλων· περὶ δ' ἄντυγα βάλλε φαεινὴν.
Τρίπλακα μαρμαρέην, ἐκ δ' ἀργύρεον τελαμῶνα,
Πέντε δ' ἄρ αὐτοῦ ἔσαν σάκεος πτύχες.

Verſ. 132. Διωνύσοιο τιθήνας. Solarum nutricum hìc fit mentio; tanta fuit Bacchici chori ſimplicitas prima ſua inſtitutione, ſic Hym. 2. ad Bacch. verſ. 7.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνδε θεαὶ πολύυμνον ἔθρεψαν,
Δὴ τότε φοιτίζεσκε καθ' ὑλήεντας ἐναύλους
Κισσῷ καὶ δάφνῃ πεπυκασμένος· αἱ δ' ἅμ' ἕποντο
Νύμφαι, ὁ δ' ἐξηγεῖτο βρόμος δ' ἔχεν ἄσπετον ὕλην.

Nutrices autem Baccho multas aſcribere ſolebant. Plut. lib.

l. 3. symp. prob. 9. Δοκοῦσιν οἱ παλαιοὶ ποιεῖν τὰς θίνας τῷ Διωνύσῳ πλέονας. ὅτι δεῖ τὸν θεὸν τοῦτον ἐν πλέοσι μέτροις παιδευόμενον, καὶ παιδευόμενον ἡμερώτερον ποιεῖν καὶ φρονιμώτερον. vide infra v. 135. Temporis processu valde auctum fuisse Dionysiacum hunc chorum eruditissimè, ut omnia, demonstrat incomparabilis vir Isaacus Casaubonus. De Satyr. poes. lib. 1. cap. 2. Συγχορευταὶ erant Apollo & Musæ, Athen. Plat. πρόσπολοι Satyri, Syleni, Tytiri, &c. Strab. lib. 10. Διωνύσου πρόσπολοι Σειληνοί τε καὶ Σάτυροι, καὶ Βάκχαι, Λῆναί τε καὶ Θυῖαι, καὶ Μιμαλλόνες, καὶ Ναϊάδες, καὶ Νύμφαι, καὶ Τίτυροι προσαγορευόμενοι. Addit his Casaubonus Panem, Lenæos, Scirtos, Seuidas, τὰς Κλώδωνας Bassaras, Lydias, Geloten, Comum, Celebritatis aliquam partem describit Ovid. Met. lib. 4. fab. 1.

——Tu bijugum pictis insignia frœnis
Colla premis lyncum: Bacchæ Satyrique sequuntur,
Quique senex ferula titubantes ebrius artus
Sustinet, & pando non fortiter hæret asello.
Quacunque ingrederis clamor juvenilis, & unà
Fœmineæ voces, impulsaque tympana palmis,
Concavaque æra sonant, longoque foramine buxus.

Vers. 134. Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν. Quidnam fuerint ista θύσθλα nondum constat inter grammaticos. Nonnulli τελεστικά τινα θύματα exponunt, alii thyrsos, alii aliter. Suid. in voce θύσθλα. Θύσθλα αἱ κράδαι αἱ Βακχικαί, ἤτοι συκῆς φύλλα· ἔνιοι δὲ τὰ ἐπιφερόμενα τοῖς βωμοῖς. οἱ δὲ τὰ φύλλα τῆς ἀμπέλου, ἢ κισσοῦ, ἢ κλάδους, ῥάβδους, νάρθηκας, θύματα, στεφανώματα, χοάς. Qui τελεστικά τινα θύματα, vel χοὰς exponunt duci videntur voce καταχέειν quæ de liquidis propriè dicitur. Eust. θύσθλα, ἢ τελεστικά τινα θύματα οἷα καὶ χέεσθαι. Sed parum firma est ea conjectura: Nam Homerus eodem vocabulo titur de foliis aridis, infra vers. 147.

Φύλλα

φύλλα τὰ μὲν Βορέης χαμάδις χέει.

Sic fundere nonnunquam latini. Virg. Æn. 1, 196.

> Nec priùs absistit quam septem Ingentia victor
> Corpora fundat humi.

Itaque quoniam non satis video causæ cur mutaretur aliorum translatio, eam sequor.

Vers. 535. Θεινόμεναι βουπλῆγι. Percussæ bipenni. Schol. annoym. βουπλῆγι, τῷ πελέκει, ὅτι αὐτῷ τυπτόμενοι οἱ βόες ἀναιροῦνται. Adde quòd a latinis poetis Lycurgus bipennifer sit dictus. Ovid. Met. 4. fab. 1.

> Penthea tu, venerande, bipenniferumque Lycurgum
> Sacrilegos mactas.

Malè etiam consultum est vertere θύσθλα thyrsos, & βουπλῆγι stimulo. Nam thyrsus acie lanceæ munitus erat, in quo distabat a νάρθηξ, nec verisimile est fœminas vinolentas & furibundas ita armatas velle Lycurgum solo stimulo insequentem adeo timidè fugere. Sed puto Homerum ipsam historiam fabulæ immiscere. Lycurgus enim rex Thraciæ, cum Thraces suos supra modum vino deditos conspiceret, omnes vites excidebat. Hoc est τὰς Διονύσου τιθήνας ἔθεινε βουπλῆγι. Nam vites Allegoricè dici nutrices Bacchi scribit Eust. Ideo nimirum quod uvas ferant, & quasi nutriant, è quibus vinum exprimimitur. Νηΐδες quidem & Ὀρεστιάδες, & Λειμωνιάδες, annumerantur nutricibus Bacchi. (per quas quid significetur vide infra vers. 4'9.) ratio est, quia uvæ ut bene crescant, multum requirunt humoris, quo si deficiantur, macrescunt illico. Ideo ut è vitibus sine irrigante humore vinum non sit expectandum, ita excisis vitibus nihil ad vini productionem confert aquarum natura viresque, quare

quare de Bacchi nutricibus omnibus aptè dicit poeta.

—— Αἱ δ' ἅμα πᾶσαι
Θύσθλα χαμαὶ κατέχευαν ὑπ' ἀνδροφόνοιο Λυκούργου
Θεινόμεναι βουπλῆγι.

Vers. 136. Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα, &c. Cum videret Lycurgus vinum dilutum sine nocumento bibi potuisse, vinum quidem bibi passus est, sed non nisi cum aqua mistum, hoc est, ut ait Plato, μαινόμενον θεὸν, ἑτέρῳ θεῷ νήφοντι κολαζόμενον σωφρονίζειν. Hinc orta est fabula, qod Bacchus territus in mare prosiluerit.

Vers. 174. Ἱέρευσεν. Mactavit. Nam ἱερεύειν non solùm est sacrificare, sed & simpliciter mactare. Eust. in vers. 56. Ulyss. β.

Βοῦς ἱερεύοντες καὶ ὄϊς καὶ πίονας αἶγας.

inquit, ὅτι ἱερεύειν οὐ μόνον τὸ θύειν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἁπλῶς σφάζειν. Ἱερεῖον γὰρ ἀττικῶς τὸ σφαγιαζόμενον ζῶον. Hæc est hujus significationis ratio: Notum est prioribus mundi seculis homines vesci solitos herbis, bestias nunquam mactare, nisi ob sacrificium divinumque cultum: tandem cum tædebat eos herbarum, bestias etiam in proprium usum ausi sunt mactare, non tamen commedere priusquam aliquam earum partem Diis sacraverant. Si secus fecerant, hoc proverbio notati sunt. Ἄθυτα ἱερὰ ἐσθίουσιν. Hinc, inquã, factũ est, ut ἱερεύειν nonnũquã significet simpliciter mactare, & ἱερεῖον, quodcunque ad comedendum jugulatur animal. Hoc sensu accipitur ἱερήϊον. Il. χ. 159.

—— Ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον οὐδὲ βοείην----ἀρνύσθην.

Et Athen. lib. 1. cap. 11. Οὐ μνημονεύει δὲ τοιαύτης ἐδωδῆς ἐπὶ τῶν δείπνων, ὡς οὐκ οἰκείας νομιζομένης τῆς τροφῆς τοῖς ἐν ἀξιώμασι κειμένοις, ὡς οὐδὲ τῶν νεογνῶν ἱερείων.

ι. quemadmodum neque tenellis seu pullis animalibus. In quem locum scribens D. Is. Casaub. pluribus exemplis hanc significationem illustrat. Et idem apud Hebræos significat זֶבַח unde fit מִזְבֵּחַ & idem de טֶבַח, Gen. 31. vers. 54.

Vers. 180. Ἡ δ' ἄρ' ἔην θεῖον γένος. Denotat immensitatem monstri. Eust. θεῖόν τι γένος, τουτέστι τεράστιον καὶ ὑπερφυές. Et defluxum est ab Hebræis sine dubio loquendi genus, qui Dei nomine appellant quicquid excellit, seu magnitudine, seu alia quavis re. Psal. 36. vers. 7. הַרְרֵי־אֵל montes Dei. i. excelsi montes. Et Gen. 23. 6. נְשִׂיא אֱלֹהִים Princeps Dei. i. potentissimus. Et Exod. Cap. 9. Vers. 28. קֹלֹת אֱלֹהִים, Voces seu soni Dei, de ingentibus illis tonitribus quæ Ægyptiis immittebantur.

Vers. 181. Πρόσθε λέων, &c. Multæ in hunc versum afferuntur expositiones, variæ item allegoriæ. Ego nil potui breviùs, nec magis perspicuè, quàm Servii, verba huc transferre, quæ habet in vers. 288. Æn. 6. Chimæra reverà mons est Lyciæ, cujus hodieque ardet cacumen, juxta quod sunt leones, media autem pars hujus pascua habet, quæ capreis abundant: ima verò montis serpentibus plena sunt, hunc Bellerophon habitabilem fecit. Unde Chimæram dicitur occidisse. Hesodius τρικέφαλον hoc monstrum facit. Vide Theogon. vers. 319. &c.

Vers. 181. Χίμαιρα. Caprea. αἶξ ἀγρία. Hesych. & masculinum χίμαιρος, quasi a χειμών. Schol. in Greg. Naz. stelit. χίμαιρα καλεῖται ἡ αἶξ, ἡ ἐν χειμῶνι θηρευθεῖσα. Hoc vocabulum denominat monstrum, & Latinis etiam Chimæra appellatur. Lucret.

Prima leo, postrema draco, media ipsa Chimæra.

Vers. 202. Ὃν θυμὸν κατέδων. Vide Il. α. vers. 243

Vers. 205. Τὴν δὲ χολωσαμένη χρυσήνιος, &c. Hoc est subitò mortua est. Nam qui repentinâ morte abripiuntur, si viri sunt, ab Apolline interfici dicuntur; si fœminæ a Diana, Eust. in vers. 59. Il. τ. Ὅτι ἡ οἱ αἰφνίδιοι θάνατοι τῶν γυναικῶν Ἀρτέμιδι ἐδόκουν ἀνακεῖσθαι, ὡς οἱ τῶν ἀνδρῶν τῷ Ἀπόλλωνι πολλαχοῦ λέγει ὁ ποιητής.

Vers. 226. Ἔγχεσι δ' ἀλλήλων ἀλεώμεθα. Sensus est, cùm hastis pugnandum sit, uterque nostrum alteri parcat. Ἀλεῖσθαι hic significat ἐκκλίνειν, ἀπέχειν. Schol. Anonym. ἐκκλίνωμεν ἀλλήλων ἐφιέναι τὰ δόρατα. Ideo Eobanus Hessus non impropriè transfert hunc versum, sic.

——— Quod si nos prælia forsan
Contulerint, hastes tum corpore declinemus
Alter ab alterius.

Vers. 227. Πολλοὶ ὂν κε Θεός, ὅν κε δυνῶμαι. Synthesis est, Qualis in illo Terentii, Aperite aliquis ostium. Vel est affirmatio cum suppositione: ita ut ὂν utroque loco pro εἴ τινα capiatur, hoc modo: Πολλοὶ μοὶ Τρῶες κτείνειν, εἴ τινα θεὸς πόρῃ· πολλοὶ σοὶ Ἀχαιοὶ ἐναίρειν εἴ τινα δύνηαι.

Vers. 266. Χερσὶ δ' ἀνίπτοισιν. Observatum est supra, Il. α. 44. Eos, qui sacrificabant, lavare manus solitos fuisse. Erat nimirum ingens piaculum illotis manibus sacra contrectare: Inter cæteros ii præcipue polluti habebantur, qui hominum sanguine conspersi sunt, quos occiderunt. Inde est apud Virg. Æn. 2. 718.

Me

Me tanto è bello digressum, & cæde recenti
Attrectare nefas, donec me flumine vivo
Abluero.

Nam aqua potentiam habere credebatur purgandi, idque non corpus tantùm, sed & animum. Eurip.

Θάλασσα κλύζει πάντα τ' ἀνθρώπων κακά.

Hinc tam misera est Herculis exclamatio apud Tragædum post uxorem & liberos occisos, quasi inexpiabile esset scelus.

Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica
Violentus unda Tigris, aut Rhenus ferox,
Tagusve Iberâ turbidus gazâ fluens
Abluere dextram poterit?

Vers. 301. Αἱ δ' ὀλολυγῇ. Ὀλολυγὴ propriè est clamor mulierum, quem precantes, mactatâ victimâ, aut oblato sacrificio, tollebant. Et ὀλολύζειν clamorosè precari. Ὀλολυγὴ, *φωνὴ γυναικῶν ἣν ποιοῦνται ἐν τοῖς ἱεροῖς εὐχόμεναι.* Hesych. & Etymol. Quem exclamandi morem è Lybia in Græciam manâsse putat Herodotus in Melpom. his verbis, *Δοκέει δ' ἔμοι γε καὶ ὀλολυγὴ ἐν ἱεροῖσι ἐνταῦθα πρῶτον γενέσθαι· κάρτα γὰρ ταύτῃ χρέωνται καλῶς αἱ Λίβυσσαι.* Homer. Ulyss. γ. 450, &c.

——Πέλεκυς ἀπέκοψε τένοντας
Αὐχενίους, λῦσεν δὲ βοὸς μένος, αἱ δ' ὀλόλυξαν
Θυγατέρες τε, νυοί τε, καὶ αἰδοίη παράκοιτις
Νέστορος Εὐρυδίκη.

Qui clamor quoniam erat quasi fausto omine excitatus, ideo sæpe ὀλολύζειν apud antiquiores in re læta usurpatur pro gaudium clamore manifestare. Ulyss. χ. 497.

de Euryclea, cum videbat occisos procos.

Ηʹ δʹ ὡς οὖν νεκύας τε, καὶ ἄσπετον εἴσιδεν αἷμα
Ἴθυσεν ῥʹ ὀλολύξαι.

At Ulysses prohibet eam, vers. 411. his verbis.

Ἐν θυμῷ γρηῦ χαῖρε, καὶ ἴσχεο, μηδʹ ὀλόλυζε.

Eleganter ibi poeta utitur voce ὀλολύζειν, ac si putaret anus, occisis procis, gratissimam mactatam esse victimam, ideoque exclamaret. At apud Græcos recentiores, ὀλολύζειν, significat etiam lamentari, Eust. Οἱ δὲ νεώτεροι ἐπὶ τοῦ κλαίειν τὸ ὀλολύζειν ἔθεντο.

Vers. 396. Ηετίων ὃς ἔναιεν Videri potest ἀσυμπακτον. Nam in hujusmodi παλιλλογίαις servandi sunt iidem casus, ut Ulyss. α. 22. Ἀλλʹ ὁ μὲν Αἰθίοπας μετεκίαθε τηλόθʹ ἐόντας, Αἰθίοπας τοὶ διχθὰ δεδαίαται. Sic hoc loco, θυγάτηρ μεγαλήτορος Ηετίωνος. Subsequi deberet, Ηετίωνος ὃς ἔναιεν. At novitate figuræ lectorem movet, & quasi rem modò exorsus nominativo usus est : ac si diceret. Ηετίων τις ἦν, aut βασιλεὺς ἦν ὃς ἔναιεν, &c. Non multum absimile est quod notatur Il. β. 353.

Vers. 398. Τοῦ περ δὴ θυγάτηρ ἔχεθʹ Ἕκτορι. Propriè : Ἀνὴρ ἔχει γυναῖκα, γυνὴ ἔχεται ἀνδρί. Sicubi igitur legatur, γυνὴ ἔχει ἄνδρα, aut ἀνὴρ ἔχεται γυναικί, scopticè dicitur de homine, qui imperiosam uxorem habet, quam sibi dominari patitur. Latini dicunt, Vir ducit Uxorem : Uxor nubit Viro. Martial.

Uxori nubere nolo meæ.

Vers. 400. Ἀταλάφρονα. ἁπαλὰ φρονέοντα, ut Il. ψ. 567.

Παρθε-

Παρθενικαί τε, καὶ ἤιθεοι ἀταλὰ φρονέοντες.
i. tenella, seu levia quædam, & puerilia cogitantes. Ἀταλά, νήπια, ἁπαλά, παιδικειώδη.

Verſ. 419. Περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν, &c. Ulmus arbor infructuosa mortuis bene convenit. Vocabulo νύμφαι significantur vires insitæ terræ, & stirpibus, & naturâ inditæ riguis & fluentis, per quas fructuum novorum eduntur, & promuntur scaturigines novo vere. Quemadmodum & fructus nuptarum suo vere editur, cum lanugo & pubes erumpit, & efflorescit. Νύμφαι ob id dictæ Νηΐδες, καὶ Ἁμαδρυάδες καὶ Ὀρεάδες, καὶ Λειμονιάδες. Bud. ex Eustath. com. in hunc locum, & Ulyss. α. verſ. 14.

Verſ. 429. Ἕκτορ ἀτὰρ σύ μοι, &c. Ovid. Epist. Briseis Achilli.

Tot tamen omiſſis, te compenſavimus unum,
Tu Dominus, tu vir, tu mihi frater eris.

Verſ. 465. Πρίν γ' ἔτι, &c. non quaſi tum demum audiret. Nam iſtæ particulæ πρὶν, πρινή. antequam, priusquam, & ſimiles non ſemper affirmationem poſt tempus quod notatur denotant ſi negatio præceſſit : nec ſemper negationem, cum præceſſerit affirmatio. v. g. Virgilius mortuus eſt, priusquam libros Æneidos perfecerat. Non hinc ſequitur, eum poſt mortem perfeciſſe. Il. α. 29. Τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω πρίν μιν καὶ γῆρας ἔπεισι. Stat ſententia, etiamſi non liberaverat eam jam seneſcentem.

Verſ. 480. Ἐκ πολέμου ἀνιόντα. Σολοικοφανές. Πατρὸς δ' ὅ γε πολλὸν ἀμείνων ἐκ πολέμου ἀνιόντα. Quid igitur ? eritne hyperbaton ? hoc modo. Ὧδε βίην τ' ἀγαθὸν καὶ Ἰλίου ἶφι ἀνάσσειν, ἐκ πολέμου ἀνιόντα. An potius intelligendum eſt ἰδών, ſic ! Καί ποτέ τις εἴπῃσιν ἰδὼν ἐκ πολέμου ἀνιόντα, πατρὸς δ' ὅ γε πολλὸν ἀμείνων !

 Verſ.

Verf. 528. Κρητῆρα στήσασθαι ἐλεύθερον. Videtur respicere antiquum aliquem morem pocula diis consecrandi ob fugatos hostes. Schol. Anonym. & Hesych. Εἰώθασι τῷ Διὶ ὑπὲρ ἐλευθερίας ἱστάναι κρατῆρα οἱ τοὺς πολεμίους ἀπωσάμενοι. Ex hac aut hujusmodi causâ originem habuerunt, ut arbitror, pocula ea, quæ inscripta habuerunt deorum nomina, quibus consecrabantur. γραμματικὰ ἐκπώματα Græcis ideo dicta, latinis literata pocula. Athenæus unius pervetusti mentionem facit quod aureis literis per ambitum inscriptum habuit ΔΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ. Erat illud fortasse ποτήριον ἐλεύθερον. Alterius etiam meminit cujus inscriptio erat ΔΙΟΝΥΣΟ. (solebant enim veteres nonnunquam ο pro ου dipthongo ponere.) Tertii etiam Dianæ sacri fabricati ad similitudinem Nestorei poculi, eodemque quo illud titulo insigniti. Athen. lib. 11. cap. 4. 5.



FINIS.